obtentis vel obtinendis in quocunq. puncto et gradu Iuris dependentibus emundare et eliberare mundaq. et libera semper facere ita, ut eadem Bona præsentibus Obligata tàm in toto quàm in parte prædictus Magnificus Castellanus Osviecimensis suis cum Successoribus ad exemptionem usq. sui quiete et pacifice vigore Inscriptionis præsentis Obligatoriæ tenere et possidere queat. Nec debet prædictus Recognoscens Generosus Paulus Gieraltowski suis cum Successoribus Suprascripto Magnifico Castellano Osviecimensi et ejus Successoribus præfatam Intromissionem et possessionem coram Officio præsenti admissam in eisdem Bonis præsentibus obligatis denegare, imò tenebitur suis cum Successoribus eandem effectualiter tàm in toto quàm in parte dare et libere admittere, datamq. et admissam quovis modo tàm per se quàm per suas quasvis subimmissas et Subordinatas Personas non adimere nec præpedire, ac in prænominatis Bonis præsentibus obligatis ipsum et ejus Successores tàm in toto quàm in quavis minima parte ad exemptionemq. usq. sui non injuriari. Idq. sub Vadio similis Summæ aliorum Viginti Millium Florenorum pecuniæ polonicalis per prænominatum Recognoscentem Generosum Paulum Gieraltowski et ejus Successores prænominato Magnifico Mariano à Przyłęk Przyłęcki Castellano Osviecimensi et ipsius Successoribus ob non completionem præmissorum omnium et singulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nisi Dominus idem Recognoscens Generosus Paulus Gieraltowski se ac suos Successores de et super Bonis suis omnibus prædicto Mariano à Przyłęk Przyłęcki et ejus Successoribus inscribit et obligat præsentibus Generosam Barbaram Instimentowna Consortem suam legitimam cum duobus Amicis ipsius de Linea Paterna proximioribus Consanguineis vel ejus Successores ad consentiendum per eam super Inscriptionem præsentem Obligatoriam de omni et integro Iure suo Reformatorio et Advitalitio alioq. quovis per ipsam in Bonis suprascriptis Obligatis ab eodem Marito suo habito et ipsi modo quovis servienti ad Acta quævis Authentica Regni perpetua intra decursum dimidij Anni abhinc computan. adducere et personaliter statuere ac ab ea ut præmissa exequantur efficere. Idq. sub Vadio similis Summæ et Specialis aliorum Viginti Millium Florenorum pecuniæ polonicalis per eundem Recognoscentem Generosum Paulum Gieraltowski et ejus Successores prænominato Magnifico Mariano à Przyłęk Przyłęcki Castellano Osviecimensi et ipsius Successoribus ob non completionem præmissorum ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadijs præfatis taliter ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complendaq. Nisi Dominus pro præmissis Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Paulus Gieraltowski sive ipsius Successores Citati ad Instantiam prænominati Magnifici Mariani à Przyłęk Przyłęcki Castellani Osviecim. sive ipsius Successorum ad Officium præsens C. C. Cracoviense sive etiam ad Officium C. C. Novæ Civitatis Korczyn. Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq. suis quibusvis proprijs et competentibus severo cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Iurisdictioni Officij illius ad quod ex præmissis vigore Inscriptionis præsentis Citabitur quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendum plenarie incorporando. In primo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare parere respondere Pro Vadio seu Vadijs præfatis ac re ipsa principali ex præmissis pro qua non completa Citabitur tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit, satisfacere debebit et tenebitur seq. ac Posteros suos obligat. Ipsum primum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Quietationem ultra Spatium Duarum Septimanarum Officij præsentis C. C. Cracovien. vel ultra proximos Terminos Officij præfati C. C. Novæ Civitatis Korczyn dilationem sibi non recipiendo. Nullasq. Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pænis simplicibus vel Triplicatis Evasionibus fatalijs Iuris præscriptione Terrestri bello Conventioneq. et alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo. præsenti Inscriptione ad præmissa mediante. Actum in Castro

Cracoviensi Feria Tertia post Dominicam Invocavit proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto.

## Vigore ejusdem Inscriptionis Obligatoriæ Intromissio.

Ministerialis Generalis Regni Providus Paulus Jacobus Mucha de Ciòczary cum Nobilibus Stanislao Zarzecki et Valentino Mietelski ad Officium et Acta præsentia Castren. Capitan. Cracovien. personaliter veniens, palam liberè recognovit. Quia die hesterna Generosum Marianum à Przyłęk Przyłęcki Castellanum Oswiecimensem in totas et integras Villas Głębowice Łazy et Rysa cum Curijs et Prædijs ibidem sitis in Districtu Cracoviensi Ducatu Zathoriensi consistentes realiter et defacto intromiserunt Possessionemq; eorundem Bonorum cum præsentaneo usufructu, et obedientiam Incolis omnibus in dictis Bonis existentibus, quam ibidem in instanti præstiterunt, injunxerunt et demandaverunt. Idq; Vigore Inscriptionis C. C. Cracoviensis Obligatoriæ Super Summam Viginti Millium Florenorum pecuniæ polonicalis per eundem Generosum Gierałtowski supranominato Magnifico Castellano Oswiecimensi super Bona suprascripta factæ et recognitæ et modo Obligatorio ad solvendum assecuratam latius de præmissis in suo tenore existen. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione denegante, imò præfato Generoso Paulo Gierałtowski in eisdem Bonis personaliter existente, ultrò dante, admittente consentienteq;.

Actum in Castro Cracoviensi Feria Quinta post Dominicam Invocavit proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto.

## Oblata ejusdem Intromissionis.

Ad Officium et Acta præsentia Castren. Capitan. Oswiecimen. personaliter veniens Nobilis Stanislaus Zarzecki Nuncius et Famulus M[agnifi]ci Mariani à Przyłęk Przyłęcki Castellani Oswiecimensis, obtulit Nomine ejusdem Magnifici Castellani Oswiecimensis eidem Officio ad acticandum in Acta præsentia Relationem illius et Nobilium infrascriptorum Supranominato Magnifico Castellano et Vigore Inscriptionis Officij C. C. Cracoviensis Obligatoriæ per Generosum Paulum Gierałtowski factæ in Bona Obligata infrascripta Admissæ Intromissionis ex Actis Officij Castren. Capitan. Cracoviensis Authenticè deprompt[am], Sigillo Officij ejusdem C. C. Cracoviensis obsignatam, manu propria Generosi Joannis Starski à Stara Vicegerentis et Judicis Causarum Officij C. C. Cracovien. Subscriptam. Petens eam Relationem à se suscipi et in Acta præsentia inscribi. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Festa Solennia Sacri Paschatis, proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto.

## Ejusdem Inscriptionis Obligatoriæ Oblata.

Ad Officium et Acta præsentia C. C. Oswiecimensia personaliter veniens N. Stanislaus Zarzecki Nuncius et Famulus Magnifici Mariani à Przyłęk Przyłęcki Castellani Oswiecimensis, Nomine ejusdem Magnifici Castellani obtulit eidem Officio ad acticandum in Acta præsentia Castren. Capitan. Oswiecimensia Inscriptionem Officij C. C. Cracoviensis per Generosum Paulum Gierałtowski in Głębowice et Gierałtowice Hæredem Suprascripto Magnifico Castellano Oswiecimen. Super Bona infrascripta modo Obligatorio factam et recognitam Authenticam Sigillo Officij C. C. Cracoviensis communitam, manuq; propria Generosi Joannis Starski à Stara Vicegerentis et Judicis Causarum Officij C. C. Cracovien. Subscriptam. Petens eam Inscriptionem à se suscipi et in Acta præsentia proprij Districtus vigore Constitutionum Regni eo Nomine sancitarum inscribi. Cujus petitioni Officium præsens annuendo, cernens eandem Inscriptionem in nullo esse viciatam suscepit, in Actaq; Sua præsentia eam inscribere admisit et demandavit. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Festa Solennia Sacri Paschatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto.

## G[enero]sus Paulus Gierałtowski M[agnifi]co Castellano Oswiecimen. ad priorem Summam adscribit.

Comparens personaliter coram Officio Actisq; præsentibus C. C. Cracoviensibus Generosus Paulus Gierałtowski in Głębowice et Gierałtowice Hæres. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq;

suis quibus



suis quibusvis proprijs et competentibus, se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis C. C. Cracoviensis quo ad Actum præsentem attinet totaliter et plenariè incorporando atq; subijciendo palam liberè ac per expressum Recognovit. Quia Magnifico Mariano Przyłęcki de Przyłęk Castellano Oswiecimen. et ipsius Successoribus Summam Duorum Millium Florenorum pecuniæ communis polonicalis Monetæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando certi veri justi et liquidi debiti mutuataeq; pecuniæ tenetur ac debet. Quam quidem Summam Suprascriptam Duorum Millium Florenorum pecuniæ communis polonicalis Monetæ et Numeri præmissorum idem Recognoscens Generosus Paulus Gierałtowski eidem M[agnifi]co Castellano Oswiecimen. et ipsius Successoribus ad priorem Summam Viginti Millium Florenorum pecuniæ polonicalis per se eidem Castellano Oswiecimensi Actis præsentibus Castren. Capitan. Cracovien. Superioribus inscriptam et modo Obligatorio super Bonis suis videlicet totis et integris Villis suis Hæreditarijs Głębowice cum Fortalitio et Prædijs tùm Łazy et Rysa cum Prædio in Terra Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Oswiecimen. jacentibus assecuratam præsentibus adscribit adjungit et associat, unamq; ad alteram refert, Inscriptionem Originalem Obligatoriam per præsentes adscriptam et sanè per illam in toto approbatam et confirmatam et Summas utrasq; in unum conjunctas et copulatas ita quod totidem Summa in unum conjuncta et adnumerata efficiet Viginti Duo Millia Florenorum pecuniæ communis polonicalis Monetæ et Numeri præmissorum. In ea itaq; Summa utraq; in unum conjuncta Viginti Duorum Millium Florenorum pecuniæ polonicalis idem Recognoscens Paulus Gierałtowski Suprascripto Magnifico Mariano Przyłęcki Castellano Oswiecimensi et ipsius Successoribus Bona Sua suprascripta Hæreditaria videlicet totas et integras Villas Głębowice cum Fortalitio et Prædio tùm Łazy et Rysa cum Prædio cum toto Jure Dominio proprietate omnibusq; et singulis eorundem Bonorum fructibus proventibus redditibus utilitatibus Attinentijsq; et pertinentijs generaliter Universis, nullis penitus exceptis nec pro se Suisq; Successoribus aut alio quopiam reservatis sed omnibus in genere et singulis in Specie comprehensis, generi per Speciem et è contra non derogando. Verùm ita latè longè circumferentialiterq; prout præfatorum Bonorum Hæreditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens Suus tenuit habuit et possidebat tenereq; habere et possidere debuit ac ipsum concernebant, eidemq; legitimè serviebat hinc et ad Acta præsentia ad tempus in Originali Inscriptione expressum et usq; ad plenariam eorundem Bonorum exemptionem et Summæ præfatæ totius et in unum semel junctæ et coadunatæ videlicet Viginti Duorum Millium totalem et indivisam persolutionem Obligatoriè invadiavit et modo obligatorio defacto inscripsit, prout Obligat, invadiat, et modo Obligatorio defactò inscribit præsentibus. Et jam exnùnc idem Recognoscens Generosus Paulus Gierałtowski dat et admittit præsentibus prænominato Magnifico Castellano Oswiecimensi et ipsius Successoribus Bona videlicet præfata Obligata eadem Summa onerata realem Intromissionem et Actualem pacificamq; Possessionem cum præsentaneo usufructu quandocunq; voluerit acceptandam. Per Ministerialem quemcunq; sibi ad id duxerit eligendum, jàm exnùnc ipsi ab Officio præsenti additum. Per ipsum Magnificum Castellanum Oswiecimensem et ipsius Successores Bona præfata præsentibus Obligata in Summa Suprascripta simul tùm ad exemptionem usq; sui tenendi habendi possidendi, pacificeq; et quietè utifruendi, ac ad usus suos suorumq; Successorum beneplacitos quosvis liberè convertendi. Vigore præfatæ Inscriptionis Originalis Obligatoriæ et præsentis Adscriptitiæ. Debetq; et tenebitur prædictus Recognoscens Generosus Paulus Gierałtowski prout se ac suos Successores de et super Bonis suis omnibus præfato Magnifico Castellano Oswiecimensi et ipsius Successoribus inscribit et obligat præsentibus ipsum et ejus Successores in dictis Bonis Obligatis et occasione eorundem Bonorum tàm in

toto quàm in parte ab omni impetitione Juridica quarumcunq; Personarum Status Sexus et Conditionis cujusvis existentium ad exemptione usq; eorundem Bonorum et Summæ præfatæ totius et integræ simul junctæ totalem et indivisam persolutionem in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere et intercedere. Necnon Bona prænominata Obligata tàm in toto quàm in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, tùm etiam à quibusvis Citationibus in eadem Bona Obligata importatis et importandis. Lucris deniq; ac perlucris ac Processibus Juris quibusvis in eisdē Bonis Obligatis obtentis vel obtinendis in quocunq; puncto et gradu Juris dependentibus emundare et eliberare, mundaq; et libera semper facere, ita ut eadem Bona Obligata prædictus Magnificus Castellanus Oswiecimens: suis cum Successoribus quietè et pacifice Vigore Inscriptionis præsentis Obligatoriæ Adscriptitiæ tenere possidere queat. Nec debet prædictus Recognoscens Generosus Paulus Gieraltowski suis cum Successoribus præfato Magnifico Castellano Oswiecimensi et ipsius Successoribus præfatam Intromissionem et Possessionem coram Officio præsenti admissam in Bonis suprascriptis obligatis denegare, imò tenebitur suis cum Successoribus eandem effectualiter tàm in toto quàm in parte dare et liberè admittere, datamq; et admissam quovis modo tàm per se quàm per suas quasvis subimmissas et subordinatas Personas non adimere nec præpedire, ac in prænominatis Bonis Obligatis ipsum et ejus Successores ad exemptionem usq; sui non injuriari. Idq; sub Vadio Viginti Duorum Millium Florenorū pecuniæ communis polonicalis Monetæ et Numeri præmissorum Summæ simul junctæ correspondenti per prædictum Recognoscentem Generosum Paulum Gieraltowski et ejus Successores prædicto Magnifico Castellano Oswiecimensi et ipsius Successoribus ob non Completionem præmissorū omnium et singulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio præfato taliter ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Paulus Gieraltowski vel ejus Successores Citati ad Instantiam præfati Magnifici Mariani a Przyłęk Przyłęcki Castellani Oswiecimensis et ipsius Successorum ad Officium præsens Castrens: Capitaneale Cracoviense vel C.C. Oswiecimense. Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij illius ad quod ex præmissis Vigore Inscriptionis præsentis Citabitur quo ad respondendū et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendum plenariè incorporando. In primo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare parere respondere. Pro Vadioq; præfato ac pro re aliqua principali pro qua ex præmissis non completa Citabitur tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur seq; ac Posteros suas obligat. Ipsum primum peremptoriū Terminum et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ac ad Munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis vel dilationibus non differendo. Ad Quietationem ultra Spatium duarum Septimanarum Officij præsentis C.C. Cracoviensis vel ultra proximos Terminos Officij præfati C.C. Oswiecimensis dilationem sibi non recipiendo, nullasq; Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus fatalijs Juris præscriptione Terrestri bello Conventioneq; et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. præsenti Inscriptione ad præmissa mediante. Actum in Castro Cracoviensi Feria secunda post Dominicam Ramispalmarū proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septimo.

## Ejusdem Inscriptionis Adscriptitiæ Oblata.

Ad Officium et Acta præsentia C.C. Oswiecimensia personaliter veniēs Nobilis Stanislaus Masuwicki Nuncius Mariani Przyłęcki de Przyłęk Castellani Oswiecimensis Nomine ejusdem Magnifici Castellani Obtulit eidem Officio ad acticandum in Acta præsentia proprij Districtus Vigore Constitutionum Regni eo nomine laudatar: Inscriptionem Officij C.C. Cracoviensis Adscriptitiam per G:sum Paulum Gieraltowski in Głębowice et Gieraltowice Hæredem præfato Magnifico Castellano super Summas infrascriptam recognitam Authenticè Sigillo Officij ejusdem C.C. Cracoviensis communitam, manuq; Generosi Maximiliani Jarzyna Judicis Terræ Sochaczoviensis Vice Capitanei Cracovien: Subscriptam modo infrascripto extraditam. Petens eandem Inscriptionem à se suscipi et in Acta præsentia inscribere admitti. Quam Inscriptionem Adscriptitiam Officium præsens cernens in nullo esse viciatam annuendo petitioni ejusdem Offerentis suscepit, eamq; in Acta sua præsentia C.C. Oswiecimensia inscribere admisit et demandavit. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

## Intromissio vigore ejusdem Summæ adscriptt: admissa.

Ministerialis Generalis Regni Providus Blasius Lepus de Bakce cum Nobilibus Stanislao Masuwicki et Simone Kruzelowski personaliter stans coram Officio Actisq; præsentibus Castren: Capitan: Oswiecimensibus palam liberè recognovit. Quia Sabbatho post Dominicam Exaudi proximo Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septimo proximè præterito prænominatum Magnificum Marianū Przyłęcki de Przyłęk Castellanum Oswiecimensem in Bona Hæreditaria Villæ Głębowice cum Fortalitio et Prædio tùm Łazy et Rise cum Prædio in Terra Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Oswiecimensi jacentia, quæ Bona seorsivè adibant, cum toto ac omni Jure Dominio proprietate omnibusq; et singulis eorundem Bonorum, fructibus Attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis realiter et de facto intromisere realemq; Intromissionem et effectivam Possessionem cum præsentaneo usufructu eorundem Bonorum, necnon cum obedientia omnium Subditorum in eisdem Bonis existentiū, quam ijdem Subditi in instanti præstabant, eidem Magnifico Castellano Oswiecimensi injunxere et assignavere. Idq; vigore Inscriptionis Officij C.C. Cracovien: Adscriptitiæ per Generosum Paulum Gieraltowski in Głębowice et Gieraltowice Hæredem Suprascripto Magnifico Castellano Oswiecimensi recognitæ, mediante quâ idem Paulus Gieraltowski Summam Duorum Millium Florenorū pecuniæ communis polonicalis ad priorem Summam Viginti Millium Florenorū pecuniæ communis polonicalis per ipsum Gieraltowski eidem Castellano Oswiecimensi Actis Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus inscriptam et modo Obligatorio super Bonis suis Hæreditarijs Suprascriptis assecuratam adscripsit adjunxit et associavit, in eaq; Summa utraq; in unum conjuncta Viginti Duorum Millium Florenorū pecuniæ polonicalis Bona suprascripta obligavit realiter, prout eadem Inscriptio Adscriptitia Obligatoria latius de præmissis canit. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione denegante, imò Familia Fortalitij et Prædiorum Suprascriptorū ex mandato prædicti Pauli Gieraltowski Suprascripto Castellano Oswiecimensi ultrò et benevolè dante admittente consentienteq;. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proximâ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

## M:cus Castellanus Oswiecim: de eisdē Inscriptionibus binis Obligatorijs G. Lanckoronski Cedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisq; præsentibus Castren: Capitanealibus Cracoviensibus Magnificus Marianus à Przyłęk Przyłęcki Castellanus Oswiecim: Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis, quo ad Actum præsentem attinet totaliter et plenariè incorporando, atq; subjiciendo palam liberè

ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo videlicet de In:
scriptionibus binis Castren: Capitan: Cracovien: Prima quidem Obligatoria Su:
per Summam Viginti Millium Florenorum pecuniæ polonicalis Obligatoria,
Altera verò Adscriptitia super Summam Duorum Millium Florenorū pe:
cuniæ polonicalis per Generosum Paulum Gieraltowski sibi Recognoscen:
ti factis et recognitis et super Bonis suis Hæreditarijs videlicet totis et inte:
gris Villis Glembowice cum Fortalitio et Prædio tum Lazy et Rysa cum Præ:
dio in Terra Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi et Oswiecimensi jacenti:
bus ad solvendum assecuratis latius de præmissis in suo tenore testantibus,
Cum omnibus earundem Inscriptionum Originalis Obligatoriæ, Adscripti:
tiæ punctis, clausulis, Articulis, Vadio vel Vadijs, nexibus, Tuitione, emun:
datione et possessione ac ligamentis universis eisdem Inscriptionibus ap:
positis, necnon et de Summis Suprascriptis Bonisq ipsius Obligatis eisdem
Summis oneratis parata pro eorundem Bonorum Intromissione et possessio:
ne per se hactenus pacificè continuata. Cum toto præmissorum Iure Domi:
nio proprietate omnibusq et singulis eorundem Bonorum fructibus proven:
tibus, redditibus, utilitatibus attinentijsq generaliter omnibus nullis peni:
tus exceptis nec pro se suisq Successoribus aut alio quopiam reservatis. Sed
omnibus in genere et Singulis in Specie comprehensis generi per Speciem
et è contra non derogando in toto atq plenariè prout præmissa omnia idem
Recognoscens Solus tenuit habuit et possidebat, tenereq habere et possidere de:
buit ac ipsum legitimè concernebant eidemq serviebant. Iam exnunc Ge:
neroso Christophoro de Brzezie Lanckoronski et ipsius Successoribus acce:
pta ab ipso pro præmissis omnibus reali et sufficienti Satisfactione Cessit
et Condescendit, prout Cedit et Condescendit præsentibus perpetuo. Omneq
et integrum Ius suum præmissorū omnium in eundem Generosum Chri:
stophorum Lanckoronski et ejus Successores totaliter et plenariè trans:
fudit, transtulit, et incorporavit, prout transfundit transfert et incorpo:
rat per præsentes. Et jam exnunc Recognoscens Magnificus Marianus
Przyłęcki dat et admittit præsentibus Suprascripto Generoso Christophoro
Lanckoronski et ipsius Successoribus in eadem Bona uti Cessa præmissorum
omnium Summam videlicet præfatam et Bona suprascripta Obligata
eadem Summa onerata præmissaq omnia præsentibus abscessa realem In:
tromissionem et Actualem pacificamq Possessionem cum præsentaneo usu:
fructu quandocunq voluerit acceptandam Per Ministerialem quemcunq
sibi ad id duxerit eligendum jam exnunc ipsi ab Officio præsenti additum.
Per ipsum Generosum Christophorum Lanckoronski et ejus Successores
hoc idem Ius Cessum præmissorum omnium cum universis beneficijs et
prærogativis Summamq Suprascriptam ac Bona Suprascripta Obliga:
ta eadem Summa onerata præmissaq omnia præsentibus abscessa cum
suis utilitatibus et emolumentis tenendi habendi possidendi pacificeq
et quiete utifruendi ac ad usus suos Suorumq Successorum beneplacitos
quosvis liberè convertendi. Vigore præfatæ Inscriptionis Obligatoriæ
et Adscriptitiæ ad præmissa sibi servientis præsentisq Cessi et transfusi
Iuris. Debetq et tenebitur præfatus Recognoscens Magnificus Ma:
rianus Przyłęcki Castellanus Oswiecimen: prout se ac suos Successores
de et super Bonis suis omnibus Suprascriptis prænominato Christopho:
ro Lanckoronski et ipsius Successoribus inscribit et obligat præsentibus
ipsum et ejus Successores in dicto Iure Cesso Summisq præfatis ac Bo:
nis suprascriptis Obligatis præmissisq omnibus præsentibus abscessis
et ratione eorundem Bonorum Obligatorum præmissaq omnia præ:
sentibus abscessa tàm in toto quàm in parte ab omni impetitione Iuri:
dica quarumcunq Personarum Status sexus et Conditionis cujusvis exi:
stentium ex re Persona et occasione sua Suorumq Successorum tantum:
modo existentium in omni Iudicio et Officio Regni toties quoties opus
fuerit tueri defendere evincere et intercedere necnon hoc idem Ius Ces:
sum præmissorum omnium Summas videlicet præfatas et Bona su:
prascripta eisdem Summis onerata præmissaq omnia præsentibus
abscessa tàm in toto quàm in parte ab omnibus Iuribus et Inscripti:
onibus prioribus et Inscriptionibus per se in præmissis cuicunq Per:
sonæ factis vel faciendis. Tum etiam à quibusvis Citationibus in hoc
idem Ius Cessum præmissorum omnium Summam videlicet præfatā
et Bona præfata Obligata eadem Summa onerata præmissaq omnia
præsentibus abscessa super se Successoresq suos tantummodo impor:
tatis et importandis. Lucris deniq et perlucris ac processibus Iuris qui:
busvis in eodem Iure Cesso Summa videlicet præfata et Bonis Obligatis
eadem

eadem Summa oneratis præmissisq omnibus præsentibus abscessis super se
Successoribusq suis tantummodo obtentis vel obtinendis in quocunq pun:
cto et gradu Iuris dependentibus pertinentias suam et suorum Successorū
tantummodò afficientibus emundare et eliberare mundaq et libera præ:
missa omnia semper facere ita ut hoc idem Ius Cessum præmissorū omni:
um Summas videlicet præfatas et Bona Obligata eisdem Summis one:
rata præmissaq omnia præsentibus abscessa prædictus Generosus Chri:
stophorus Lanckoronski suis cum Successoribus tàm in toto quàm in
in parte quietè pacificè ex re et occasione et persona prædictus Recognoscēs
ejusq Successores vigore Inscriptionis præsentis condescen: tenere et possi:
dere queat. Nec debet prædictus Recognoscens Magnificus Castellanus O:
swiecimensis suis cum Successoribus præfato Christophoro Lanckoronski
vel ejus Successoribus præfatam Intromissionem et Possessionem coram
Officio præsenti admissam in eodem Iure Cesso Summa videlicet præfa:
ta et Bonis præfatis Obligatis eisdem Summis oneratis præmissisq omni:
bus præsentibus abscessis denegare, imò tenebitur suis cum Successori:
bus eandem effectualiter tàm in toto quàm in parte dare et liberè ad:
mittere, datamq et admissam quovis modo tàm per se quàm per suas quas:
vis submissas et subordinatas Personas non adimere nec præpedire
ac in prænominato Iure Cesso Summa videlicet præfata ac Bonis præ:
fatis Obligatis eisdem Summis oneratis præmissisq omnibus præsentibus
abscessis ipsum et ejus Successores tàm in toto quàm in parte quavis mini:
ma non injuriari. Idq sub Vadio aliorum Viginti Duorum Millium
Florenorum pecuniæ communis polonicalis Monetæ et Numeri in Regno
currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computan:
do per præfatum Recognoscentem Magnificum Marianum Przyłęcki
Castellanum Oswiecimensem et ipsius Successores Suprascripto Christopho:
ro Lanckoronski et ipsius Successoribus ob non completionem præmissorū
omnium et singulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio præfato taliter ad sol:
vendum succubito ac re ipsa principali ex præmissis non completa Citatus
existens memoratus Recognoscens Magnificus Marianus Przyłęcki sive
ipsius Successores Citati Ad Instantiam præfati Generosi Christophori Lan:
ckoronski sive ejus Successorum ad Officium præsens Castren: Capitane:
ale Cracoviense, Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Iuribus
Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus Severo cum Suc:
cessoribus ac Bonis suis omnibus Iurisdictioni Officij præsentis Castren:
Capitanealis Cracoviensis quo ad respondendū et Inscriptioni præsenti
in toto satisfaciendum plenariè incorporando. In primo Citationis Ter:
mino tanquam peremptorio stare parere respondere pro Vadioq præ:
fato ac re ipsa principali non completa satisfacere debebit et tenebitur,
Seq ac Posteros suos obligat. Ipsum primum peremptorium Terminum et
alios omnes consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios ve:
ra infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione intra
vel extra Regnum Servitio Militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis
legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Quietatio:
nem ultra Spatium Duarum Septimanarum Officij præsentis Castro
Capitanealis Cracoviensis dilationem sibi non recipiendo. Nullasq Mo:
tiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa
omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus fatalijs Iuris præ:
scriptione Terrestri bello Conventioneq ac alijs quibusvis Iuris remedijs
et defensis non subterfugiendo. præsenti Inscriptione ad præmissa
mediante. Actum in Castro Cracoviensi Feria Tertia in
Vigilia Festi Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Nono.

## Earundem Inscriptionū Cessionariarū Oblata.

Ad Officium et Acta præsentia Castren: Capitan: Oswiecimensia per:
sonaliter veniens Nobilis Erasmus Brotkowski Nuntius Genero:
si Christophori de Brzezie Lanckoronski Nomine ejusdem obtulit ad acti:
candum in Acta præsentia Castren: Capitanealia Oswiecimensia proprij Di:
strictus vigore Constitution: eo Nomine laudatæ Inscriptionem Officij Ca:
strensis Capitanealis Cracoviensis Cessionariam per Magnificum Maria:
num à Przyłęk Przyłęcki Castellanum Oswiecimensem præfato Generoso

Christophoro Lanckoronski ratione infrascriptorum factam et recognitam quam Officium praesens Castren. Capitaneale Oswiecimense in Acta sua inscribere mandavit. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

## Admissa Intromissio G.so Lanckoronski vigore Inscriptionis Cessionariae Obligatoriae.

Ministerialis Regni Generalis Providus Thomas Holdyn de Bielany cum Nobilibus Erasmo Drotkowski et Gasparo Rozkowski personaliter stans coram Officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Oswiecimensibus palam libere recognovit. Quia Feria Secunda post Dominicam Conductus Paschae proximius praeteritam proxima Generosum Christophorum Lanckoronski de Brzezie in Bona Haereditaria videlicet totas et integras Villas Głembowice cum Fortalitio et Praedio tum Zary et Rysa cum Praedio in Terra Cracoviensi Ducatibus vero Zathoriensi et Oswiecimensi (: ad quae Bona seorsive condescendebant.) cum toto ac omni Iure Dominio proprietate omnibusque et singulis eorum Bonorum fructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis realiter et defacto intromiserunt, realemque Intromissionem et effectivam possessionem cum praesentaneo usufructu necnon cum obedientia omnium Subditorum in eisdem Bonis existentium, quam iidem Subditi in instanti praestabant, suprascripto Christophoro Lanckoronski assignat et demandat. Idque vigore Inscriptionis Castren. Capitan. Cracoviensis Cessionariae per Magnificum Marianum a Przyłęk Przyłęcki Castellanum Oswiecimensem suprascripto Generoso Christophoro Lanckoronski de Inscriptionibus binis Castrensibus Capitan. Cracoviensibus, Altera quidem Originali super Summam Viginti Millium Florenorum pecuniae polonicalis Obligatoria, altera vero Adscriptitia super Summam Duorum Millium Florenorum pecuniae polonicalis per Generosum Paulum Gierałtowski suprascripto Castellano Oswiecimensi factis et super Bonis suprascriptis assecuratis factae et recognitae latius de praemissis canentis. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione denegante et impugnante, verum in Fortalitio et Praediis praedictis in Bonis eisdem existentibus per Vladarium eorundem Bonorum nomine praefati Castellani eidem Lanckoronski ultro et benevole dante admittente consentienteque. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

## G. Lanckoronski earundem Inscriptionum binarum G.sae Catharinae de Palczowice Laskowska Cessionem facit.

Actum in Castro Cracoviensi Feria Sexta post Festum Sanctae Dorotheae Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

## Earundem Inscriptionum ad Acta C. Oswiecimen. Oblata.

Ad Officium et Acta praesentia Castren. Capitan. Oswiecimensia personaliter veniens Nobilis Joannes Jastrzembski Nuntius Generosae Catharinae de Palczowice olim Generosi Martini Laskowski Instigatoris Regni et Tribuni Oswiecimensis, Nomine ejusdem Catharinae de Palczowice Laskowska obtulit Officio eidem ad acticandum in Acta praesentia propria Districtus vigore Constitution. Regni eo Nomine sancitae Inscriptionem Officii Castrensis Capitan. Cracoviensis Cessionariam per Generosum Christophorum de Brzezie Lanckoronski olim Generosi Zbignei Lanckoronski Succamerarii Terrarum Sandomiriensium Filium suprascriptae Generosae Catharinae de Palczowice Laskowska infrascriptorum ratione factam et recognitam Authenticam, Sigillo Officii ejusdem Castren. Capitan. Cracoviensis obsignatam, manuque Generosi Maximiliani Jarzyna Notarii Terrestris et Vice Capitanei Castren. Capitan. Cracovien. subscriptam modo infrascripto extraditam. Petens eandem Inscriptionem a se suscipi et in Acta praesentia inscribere permitti. Quam Inscriptionem Officium praesens cernens in nullo esse viciatam annuendo petitioni ejusdem Offerentis suscepit, eamque in Acta sua praesentia Castrensia Capitanealia Oswiecimensia inscribere



inscribere admisit. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Festum Sanctae Dorotheae Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

## Vigore ejusdem Cessionis Laskowskiey Intromissio.

Ministerialis Generalis Regni Providus Albertus Chrząszcz de Polanka cum Nobilibus Simone Rakowski et Joanne Jastrzembski personaliter stans coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitan. Oswiecim. palam libere recognovit. Quia Feria Secunda proxime praeterita proxima Generosam Catharinam de Palczowice olim G.si Martini Laskowski Instigatoris Regni et Tribuni Oswiecimensis Consortem Relictam in Bona Villae Głembowice cum Fortalitio et Praedio tum Zary et Rysa cum Praedio in Terra Cracoviensi Ducatibus vero Zathorien. et Oswiecimensi jacentia (: quae Bona seorsive adibant.) cum toto Iure Dominio proprietate omnibusque et singulis eorum Bonorum fructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis realiter et defacto intromiserunt, realemque Intromissionem et effectivam Possessionem cum praesentaneo usufructu eorundem Bonorum necnon cum obedientia Subditorum omnium in eisdem Bonis existentium quam iidem Subditi in instanti praestabant suprascriptae G.sae Catharinae de Palczowice Laskowska injunxerunt et assignarunt. Idque Vigore Inscriptionis Officii Castren. Capitan. Cracoviensis per Generosum Christophorum de Brzezie Lanckoronski olim Generosi Zbignei Lanckoronski Succamerarii Terrae Sandomiriensis Filium eandem Cessionem habentem, suprascriptae G.sae Catharinae de Palczowice Laskowska de Inscriptionibus infrascriptis: Altera quidem Castren. Capitan. Cracovien. originaliter per G.sum Paulum Gierałtowski Magnifico Mariano de Przyłęk Przyłęcki Castellano Oswiecimen. super Summam Viginti Millium Florenorum pecuniae polonicalis certi debiti facta et modo Obligatorio defacto super Bonis suprascriptis assecurata, Altera vero itidem Castren. Capitan. Cracoviensi Adscriptitia per praefatum Paulum Gierałtowski praedicto Mariano a Przyłęk Przyłęcki Castellano Oswiecimensi super Summam Duorum Millium Florenorum pecuniae polonicalis certi debiti facta et modo similiter Obligatorio adscriptitia defacto super Bonis suprascriptis assecurata praefato vero Christophoro Lanckoronski per eundem Magnificum Castellanum Actis Castrensibus Capitan. Cracoviensibus abscessis Cessae et condescensae, aliter prout eadem Inscriptio Condescensa per suprascriptum Lanckoronski eidem Catharinae Laskowska recognita latius de praemissis testatur. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione impugnante, imo factore eorundem Bonorum suprascriptae G.sae Catharinae de Palczowice Laskowska nomine praefati Lanckoronski ultro et benevole dante admittente consentienteque. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Dominicam Ramispalmarum Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

## G.sa Laskowska M.co Capitaneo Oswiecimen. vigore Cessionis de Inscriptionibus binis factae Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Cracoviensibus G.sa Catharina de Palczowice primi Matrimonii olim G.si Martini Laskowski Instigatoris Regni et Tribuni Oswiecimensis nunc vero Secundi Matrimonii G.si Hieronymi Przerembski Judicis Terrae Zathoriensis et Oswiecim. Consors legitima cum consensu praesentaneo et assistentia personali ejusdem Mariti sui hic idem coram Officio et Actis praesentibus ad latus ipsius personaliter stantis et ad infrascripta recognoscenda ipsi libere consentientis Ius Cessum ad infrascripta habens. Recedendo a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus se vero cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Iurisdictioni Officii praesentis Castren. Capitan. Cracovien. quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipsa de omni et integro Iure suo videlicet de Inscriptione Castren. Capitan. Cracovien. originaliter per G.sum Paulum Gierałtowski M.co Mariano Przyłęcki Castellano Oswiecim. super Summam Viginti Millium Florenorum pecuniae polon. facta et recognita et modo Obligatorio defacto suis totis et integris Villis Głembowice cum Praedio et Fortalitio Rysa tum Zary in

Ducatu Zathorien consistentibus assecurata. Necnon de altera Inscriptione
Castren Capitan Cracovien coassumptoria per eundem Gsum Paulum Gie:
raltowski suprascripto Mco Castellano Oswiecim super Summam Duo:
rum Millium Florenor pecuniæ polonicalis ad priorem eandem Summã
Viginti Millium Floren pecuniæ polonicalis adscriptam et in unum con:
junctam facta et super Bonis suprascriptis Glembowice Rysa et Zary modo iti:
dem Obligatorio assecurata et per eundem Mcum Castellanum Oswiecimen
Gso Christophoro Lanckoronski per eundem verò Lanckoronski sibi Recogno:
scenti Actis præsen Castren Capitan Cracovien Cessis et Condescensis latius
de præmissis ijsdem Inscriptionibus in se testantibus cum omnibus earun:
dem Inscriptionũ Originalis et Adscriptitiæ ac Cessionariæ connexionibus
punctis Clausulis Articulis nexibus Vadio vel Vadijs Tuitione Evictione
emundatione et pacificatione ligamentis universis eisdem Inscriptioni:
bus appositis. Necnon et de Summis Suprascriptis utrisq Originali et Ad:
scriptitia in unum Copulatis et condonatis Bonisq præfatis Obligatis eadem
Summa Viginti Duorum Millium Floren pecuniæ polonicalis in unum copu:
lata oneratis paratisq eorundem Bonorũ Intromissione et possessione per
se hactenus pacifice continuata cum toto præmissorũ omnium Jure Do:
minio proprietate et prærogativa omnibusq et singulis dictorum Bonorum
fructibus proventibus redditibus utilitatibus emolumentis attinentijsq et
pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis, nec pro se suisq Suc:
cessoribus aut alio quopiam reservatis sed omnibus in genere et singulis in spe:
cie comprehensis generi per speciem et è contra non derogando in totumq et
plenariè prout præmissa omnia eandem Recognoscentem concernebant
eidemq legitimè serviebant modo præmisso. Jam exnunc Mco Christopho:
ro à Komorow Komorowski Capitaneo Oswiecimensi et ipsius Successorib
accepta ab ipso pro præmissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione
Cessit et Condescendit prout Cedit et Condescendit præsentibus. Omneq et in:
tegrum Jus suum præmissorum omnium in eundem Magnificum Christo:
phorum Komorowski Capitaneum Oswiecimensem et ipsius Successores to:
taliter et plenariè transfudit transtulit et incorporavit prout transfundit trans:
fert et incorporat per præsentes. Et jam exnunc prædicta Recognoscens Gene:
rosa Catharina Przerembska dat et admittit præsentibus prænominato Ma:
gnifico Christophoro Komorowski et ipsius Successoribus in his idem Jus Ces:
sum præmissorũ omnium Summam videlicet Suprascriptam in unum
copulatam Bonaq præfata Obligata eadem Summa onerata præmis:
saq omnia præsentibus abscessa realem Intromissionem et actualem pa:
cificamq Possessionem cum præsentaneo usufructu quandocunq volue:
rit acceptandam Per Ministerialem quemcunq sibi ad id duxerit eli:
gendum Jam exnunc ipsi ab Officio præsenti additum. Per ipsum Mcũ
Christophorum Komorowski et ipsius Successores hic idem Jus Cessum
præmissor omnium cum universis Beneficijs et prærogativis Sum:
maq Suprascripta ac Bona prædicta Obligata præfata Summa Copula:
ta onerata præmissaq omnia præsentibus abscessa cum suis utilitati:
bus et emolumentis tenendi habendi possidendi pacificeq et quietè utifru:
endi, ac in usus suos et suorum Successor beneplacitos quosvis liberè con:
vertendi, vigore prædictæ Inscriptioñ ad præmissa sibi servien, præsen:
tisq Cessi et transfusi Juris. Debetq et tenebitur prædicta Recognoscens
Gsa Catharina Przerembska prout se ac suos Successores de et super Bo:
nis suis omnibus prædicto Mco Capitaneo Oswiecimensi et ipsius Suc:
cessoribus inscribit et obligat præsentibus Ipsum et ejus Successores in di:
cto Jure Cesso Summa videlicet suprascripta in unum copulata et Bo:
nis præfatis Obligatis eadem Summa oneratis præmissisq omnibus præ:
sentibus abscessis et ratione eorundem Bonorum Obligatorũ præmisso:
rumq omnium præsentibus abscessor tàm in toto quàm in parte ab
omni impetitione Juridica quarumcunq Personarum Status sexus
et Conditionis cujusvis existentiũ ex re Persona et occasione sua suorumq
Successorum tantummodo et non ultra exoriunda in omni Judicio et Offi:
cio Regni toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere et intercede:
re Indemnemq ipsum et ejus Successores indemnes reddere. Necnon hoc idẽ
Jus Cessum præmissorum omnium Summam videlicet Suprascriptã
et Bona præfata Obligata eadem Summâ onerata præmissaq omnia
præsentibus abscessa tàm in toto quàm in parte ab omnibus Juribus et
Inscriptioni:



Inscriptionibus prioribus et posterioribus per se in præmissis cuicunq Personæ
factis et faciendis, tùm etiam à quibusvis Citationibus in hoc idem Jus
Cessum præmissor omnium super se Successoresq suos tantummodo impor:
tatis vel importandis. Lucris deniq et perlucris ac processibus Juris quibusvis
in eodem Jure Cesso Summa videlicet prædicta et Bonis præfatis Obligatis
eadem Summa oneratis præmissisq omnibus præsentibus abscessis super se
suisq Successoribus tantummodò obtentis vel obtinendis in quocunq puncto
et gradu Juris dependentibus, Personamq suam et suorum Successorum
tantummodò afficientibus emundare et eliberare, mundaq et libera præ:
missa omnia semper facere, ita ut hoc idem Jus Cessum præmissor omniũ
tàm in toto quàm in parte prædictus Mcus Capitaneus Oswiecimen suis
cum Successoribus quietè et pacificè vigore Inscriptionis præsentis Condescen:
sorialis ex re Persona et occasione prædictæ Recognoscentis et ejus Successorũ
tenere et possidere queat. Nec debet prædicta Recognoscens Gsa Catharina Prze:
rembska suis cum Successoribus præfatam Intromissionem et Possessionem
coram Officio præsenti admissam in eodem Jure Cesso Summa videlicet su:
prascripta et Bonis prædictis Obligatis eadem Summa oneratis præmissisq
omnibus præsentibus abscessis denegare, imò tenebit suis cum Successorib
eandem effectualiter tàm in toto quàm in parte dare et liberè admittere, da:
tamq et admissam quovis modo tàm per se quàm per suas quasvis subim:
missas et subordinatas Personas non adimere nec præpedire, ac in præno:
minato Jure Cesso Summa videlicet præfata et Bonis prædictis Obliga:
tis eadem Summa oneratis præmissisq omnibus præsentibus abscessis
ipsum et ejus Successores tàm in toto quàm in quavis minima parte
non injuriari. Idq sub Vadio similis Summæ aliorum Viginti Milli:
um Florenor pecuniæ polon Monetæ et Numeri in Regno currentis,
Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando per præ:
dictam Recognoscentem Gsam Catharinam Przerembska et ejus Suc:
cessores prænominato Mco Capitaneo Oswiecimen et ipsius Successori:
bus ob non completionem præmissor omnium et singulor tàm in to:
to quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo.
Pro quo quidem Vadio præfato taliter ad solvendum succubito ac pro re
ipsa principali ex præmissis non completa Citata existens memorata
Recognoscens Gsa Catharina Przerembska sive ipsius Successores Citati
Ad Instantiam prænominati Christophori Komorowski Capitanei
Oswiecimen vel ipsius Successorũ ad Officium præsens Castren Capi:
taneale Cracoviense Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus
Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus se
verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij
præsentis C.C. Cracoviensis quo ad respondendum et Inscriptioni præ:
senti in toto satisfaciendum plenariè incorporando. In primo Cita:
tionis Termino tanquàm peremptorio stare parere respondere, pro
Vadioq præfato ac pro re ipsa principali pro qua ex præmissis non com:
pleta Citabitur tàm in toto quàm in parte, satisfacere debebit et te:
nebitur seq ac Posteros suos obligat. Ipsum primum peremptorium
Terminum et aliòs omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos sem:
per peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Succes:
sorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ac ad mu:
nimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non
differendo. Ad Quietationem ultra Spatium duarũ Septimanarũ
Officij præsentis C.C. Cracoviensis dilationem sibi non recipiendo, nul:
lasq Motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præ:
missa omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus fatalijs Ju:
ris præscriptione, Terrestri bello, Conventioneq ac alijs quibusvis Juris
remedijs et defensis non subterfugiendo. præsenti Inscriptione ad præ:
missa mediante. Actum in Castro Cracoviensi Feria secunda
post Dominicam Invocavit proxima Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Quadragesimo Tertio.

**Mcus Capitaneus Oswiecimẽ de eadẽ Inscriptione Cessionaria Gso Notario Zathorien Trri Cedit.**

###

Comparens personaliter coram Officio Actisq presentibus C.C. Cracoviensibus
Mcus Christophorus Komorowski à Komorow Capitaneus Osviecimen. Rece:
dendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et
competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni
Officij presentis Castren Capitan Cracoviensis quo ad actum presentem attinet
totaliter et plenariè incorporando atq subijciendo palam liberè ac per expres:
sum Recognovit. Quia ipse de omni et integro Jure suo videlicet de Inscriptio:
ne Castren Capitan Cracoviensi originaliter per olim Gsum Paulum Gierał:
towski Mco olim Mariano Przyłęcki Castellano Osviecimensi super Summa
Viginti Millium Florenor pecuniæ polonicalis certi debiti facta, et modo O:
bligatorio defacto super totis et integris Villis Głębowice cum Fortalitio et
Prædio, Ryssa cum prædio et Łazy in Ducatu Zathorien consistentibus asse:
curatam: Necnon et de altera Inscriptione C.C. Cracoviensi Coassumptoria
per eundem olim Gsum Paulum Gierałtowski Suprascripto Mco Castellano
Osviecimensi super Summam Duorum Millium Florenor pecuniæ poloni:
calis Summam Adscriptitiam et in unum conjunctam factis et recognitis
et super Bonis Suprascriptis Głębowice Ryssa et Łazy modo itidem Obli:
gatorio assecuratis, et per eundem Mcum Castellanu Osviecimensem Chri:
stophoro Lanckoronski, per eundem verò Lanckoronski Gsæ Catharinæ de
Palczowice primar olim Gsi Martini Łaszkowski Instigatoris Regni et Tribu:
ni Osviecimensis, nunc verò secundar Nuptiar Gsi Hieronimi Przeremb:
ski Judicis Terrestris Zathorien et Osviecim Consortis legitimæ Actis præ:
sentibus et per eandem Catharinam de Palczowice Przerembska Sibi Reco:
gnoscenti Actis itidem presentibus Condescensis, Inscriptionibus ijsdem
Originaliter et Cessionarijs de præmissis latioribus cum omnibus earunde
Inscriptionu Originaliu et Cessionariar atq Adscriptitiæ Conditionibus pun:
ctis, Clausulis, Articulis Vadio vel Vadijs, Tuitionibus, emundationibus, pa:
cificationibus universis eisdem appositis: Necnon et de Summis Suprascriptis
Originali et Adscriptitia in unum copulatis et coadunatis, Inscriptionibus ipsar
Cessionarijs Bonis quoq præfatis Obligatis eadem Summa simul juncta one:
ratis, parataq eorundem Bonorum Intromissione et possessione per se hac:
tenus pacificè continuata, Cum toto Jure, Dominio, proprietate, omnibusq
et singulis eorundem Bonoru fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus,
attinentijsq et pertinentijs generaliter universis nullis penitùs exceptis,
nec pro se suisq Successoribus aut alio quopiam reservatis, Sed omnibus in
genere et singulis in Specie comprehensis, generi per Speciem et è contra
non derogando, in totumq et plenariè prout eadem Bona ipsemet Recogno:
scens tenuit habuit et possidebat, tenereq habere et possidere debuit ac ipsu
concernebant eidemq legitimè serviebant. Jàm exnunc Gsо Joanni de Pis:
sarzowice Pissarzowski Notario Terrestri Zathorien et Osviecim Duca:
tuum et ejus Successoribus, accepta ab Ipso pro præmissis omnibus reali
et sufficienti satisfactione Cessit et Condescendit, prout Cedit et Condescen:
dit præsentibus. Omneq et integrum Jus suum præmissor omniu in eun:
dem Gsum Notarium Terrestrem Zathorien et ipsius Successores tota:
liter et plenariè transfudit, transtulit et incorporavit, prout transfun:
dit transfert et incorporat præsentibus. Etjam exnunc idem Recognoscens
Mcus Capitaneus Osviecimensis dat et admittit præsentibus prænominato
Gsо Notario Terrestri Zathoriensi et ipsius Successoribus in hoc idem Jus
Cessum præmissor omnium Summam videlicet Suprascriptam et Bona
præfata Obligata eadem Summa simul juncta onerata ac præmissa omnia
præsentibus abscessa realem Intromissionem et actualem pacificamq pos:
sessionem cum præsentaneo usufructu quandocunq voluerit acceptanda
Per Ministerialem quemcunq sibi ad id duxerit eligendum Jàm exnunc
ipsi ab Officio præsenti additum. Per ipsum Notarium Terrestrem Zatho:
riensem et ipsius Successores hoc idem Jus Cessum præmissor omnium cum
universis Beneficijs et prærogativis Summam videlicet Suprascriptam
et Bona præfata Obligata eadem Summa simul juncta onerata ac præmis:
sa omnia præsentibus abscessa cum suis utilitatibus et emolumentis tenen:
di habendi possidendi pacificeq et quietè utifruendi, præmissaq omnia tanqm
sua propria in suos suorumq Successorum beneplacitos quosvis usus liberè
convertendi. Vigore prædictaru Inscriptionu Originaliu et Cessionariar
ad præmissa sibi servientium; præsentisq Cessi et transfusi Juris. Debetq et
tenebit prædictus Recognoscens Mcus Capitaneus Osviecimen prout se ac
suos Successores de et super Bonis suis omnibus eidem Gsо Notario Terrestri
Zathoriensi



###

Zathoriensi et ipsius Successoribus inscribit et obligat præsentibus Ipsum et ejus
Successores in dicto Jure Cesso præmissor omnium Summa videlicet præ:
fata et Bonis eisdem Obligatis eadem Summa oneratis præmissisq omnib
præsentibus abscessis et occasione eorundem Bonoru præmissorumq omni:
um præsentibus abscessor tàm in toto quàm in parte ab omni impetitione
Juridica quarumcunq Personar Status Sexus et Conditionis cujusvis existen:
tium ex re persona et occasione sua et suorum Successorum tantummodò
et non ultra exoriund in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus
fuerit tueri, defendere, evincere et intercedere, indemnemq ipsum et ejus
Successores indemnes reddere. Necnon hoc idem Jus Cessum præmissorum
omnium Summa videlicet Suprascripta ac Bona præfata Obligata eadem
Summa onerata ac præmissa omnia præsentibus abscessa tàm in toto qm
in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posteriori:
bus per se in præmissis cuicunq Personarum factis et faciendis, tùm etia
à quibusvis Citationibus in hoc idem Jus Cessum præmissor omnium Sum:
mam videlicet Suprascriptam ac Bona præfata Obligata præmissaq oia
præsentibus abscessa super se Successoresq suos tantummodò importa:
tis et importandis, Lucris deniq et perlucris ac processibus Juris qui:
busvis in eodem Jure Cesso præmissor omnium Summa videlicet Supra:
scripta ac Bonis præfatis Obligatis eadem Summa oneratis ac præmissis
omnibus præsentibus abscessis super se Successoribusq suis tantummo:
dò obtentis vel obtinendis, in quocunq puncto et gradu Juris dependen:
tibus, Personamq suam et suorum Successor tantummodò afficientib
emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere, ita, ut hoc idem
Jus Cessum præmissor omnium Summam videlicet Suprascriptam et
Bona præfata Obligata eadem Summa onerata præmissaq omnia præ:
sentibus abscessa prædictus Gsus Notarius Terrestris Zathoriensis suis
cum Successoribus tàm in toto quàm in parte quietè et pacificè vigore
Inscriptionis præsentis Condescensoriæ ex re persona et occasione prædi:
cti Recognoscentis et ejus Successorum tenere et possidere queat. Nec de:
bet prædictus Recognoscens Mcus Capitaneus Osviecim suis cum Suc:
cessoribus præfato Gsо Notario Terrestri Zathoriensi et ipsius Successo:
ribus præfatam Intromissionem et possessionem coram Officio præsenti
admissam in eodem Jure Cesso præmissor omnium Summa videlicet præfata
ac Bonis ijsdem Obligatis eadem Summa oneratis præmissisq omnibus præsen:
tibus abscessis denegare, imo tenebitur suis cum Successoribus eandem effe:
ctualiter tàm in toto quàm in parte dare et liberè admittere datamq et ad:
missam quovis modo tàm per se quàm per suas quasvis subimmissas et subor:
dinatas Personas non adimere nec præpedire, ac in prænominato Jure Cesso
præmissor omnium Summa videlicet Suprascripta et Bonis præfatis Obli:
gatis eadem Summa oneratis ac præmissis omnibus præsentibus abscessis
ipsum et ejus Successores tàm in toto quàm in parte quavis minima non
injuriari. Idq sub Vadio Viginti Duorum Millium Florenor pecuniæ
polonicalis communis Monetæ et Numeri in Regno currentis Florenu
quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando per prædictum Reco:
gnoscentem Mcum Capitaneum Osviecimen et ipsius Successores præ:
nominato Gsо Notario Terrestri Zathoriensi et ipsius Successoribus ob non
completionem præmissor omnium et singulorum tàm in toto quàm in par:
te toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem
Vadio præfato taliter ad solvendum succubito ac pro re aliqua princi:
pali ex præmissis non completa Citatus existens memoratus Recogno:
scens Mcus Capitaneus Osviecimensis vel ejus Successores Citati Ad
Instantiam Suprascripti Gsi Notarij Terrestris Zathorien vel ejus Succes:
sorum ad Officium præsens C.C. Cracoviense y C.C. Osviecimense Extunc
Recedendo ut supra à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis
quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis su:
is omnibus Jurisdictioni Officij illius ad quod ex præmissis vigore Inscri:
ptionis præsentis Citabitur quo ad respondendum et Inscriptioni præsen:
ti in toto satisfaciendum plenariè incorporando. In primo Citationis
Termino tanquàm peremptorio stare parere respondere Pro Vadioq
præfato ac re ipsa principali pro qua ex præmissis non completa Citabit
satisfacere debebit et tenebitur, Seq ac Posteros suos obligat. Ipsum primu
peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem
Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorenni:
tate Successorum legatione intra vel extra Regnum Militari servitio acad

munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non
differendo. Ad Quietationem ultra Spatium duarum Septimanarum Offi:
cij præsentis C. C. Cracoviensis vel ultra proximos Terminos Officij præfa:
ti Castren. Capitan. Oswiecimen. dilationem sibi non recipiendo nullasq.
Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia
pænis simplicibus vel Triplicatis evasionibus fatalijs Iuris præscriptione
Terrestri bello conventioneq. et alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non
subterfugiendo. præsenti Inscriptione ad præmissa mediante. Actum in
Castro Cracoviensi Feria Quinta in Vigilia Festi Purificationis Be:
atissimæ Virginis Mariæ Anno Domini Millesimo Sexcentesi:
mo Quadragesimo Sexto.
Ejusdem Inscriptionis Transfusoriæ Oblata ad Acta Castren. Capitanealia
Oswiecimensia Feria 6ta p. Fm. S. Dorotheæ Anno Domini 1646.

## Admissa Intromissio vigore ejusdem Inscriptio: nis Cessionariæ Gso Notario Terri Zathoriensi.

Ministerialis Generalis Regni Providus Joannes Kuder de Pisarzowice
cum Nobilibus Petro Dombrowski et Venceslao Rupniowski personali:
ter stans coram Officio Actisq. præsentibus Castren. Capitan. Oswiecim.
palam libere recognovit: Quia die hesterna Gsum Joannem de Pisarzo
wice Pisarzowski Notarium Trrem Zathorien. Oswiecimen. Ducatuum
in Bona infrascripta videlicet totas et integras Villas Głembowice cum
Fortalitio et Prædio, Rysa cum Prædio et Łazy in Ducatu Zathorien. con:
sisten. ad quæ Bona seorsim condescendebant, cum toto Iure Dominio pro:
prietate, omnibusq. et singulis eorundem Bonorum fructibus attinenti:
jsq. et pertinentijs realiter et defacto intromiserunt, realem Intromissio:
nem et effectivam pacificamq. Possessionem cum præsentaneo usufructu
eorundem Bonorum necnon cum obedientia omnium Subditorum, quam
ijdem Subditi in instanti prædicto Gso Joanni Pisarzowski Notario
præstabant, demandarunt et assignarunt. Idq. vigore Inscriptionis
Officij Castren. Capitanealis Cracoviensis Cessionariæ per Magnificum
Christophorum a Komorow Komorowski Oswiecimen. Loci præsentis
Capitaneum Suprascripto Gso Joanni Pisarzowski Notario factæ
et recognitæ, mediante qua isidem Mcus Capitaneus Oswiecimensis
præfato Gso Notario de Inscriptione Castrensi Capitan. Cracovien. Origina:
liter per olim Gsum Paulum Gierałtowski Mco olim Mariano Przyłecki
a Przyłek Castellano Oswiecimensi super Summam Viginti Millium
Florenor. pecuniæ polonicalis certi debiti facta et modo Obligatorio desa:
cto super Bonis suprascriptis assecurata, necnon et de alia Inscriptione
Castren. Capitan. Cracovien. Coassumptoria per eundem olim Gsum
Paulum Gierałtowski Suprascripto Castellano super Summam Duorum
Millium Florenor. pecuniæ polonicalis ad priorem eandem Summam Vi:
ginti Millium Florenorum pecuniæ polonicalis adscriptam et in unum con:
junctam facta et recognita et super Bonis suprascriptis itidem modo O:
bligatorio assecurata et per eundem Castellanum Oswiecimensem Gso Chri:
stophoro Lanckoronski, per eundem vero Lanckoronski Gsæ Cathari:
næ de Palczowice ad præsens Conserti Gsi Hieronymi Przerembski Iudi:
cis Terrestris Zathoriensis et Oswiecimen. Actis Castrensibus Capita:
nealibus Cracovien. abscessa, per eandem vero Catharinam de Palczo:
wice Suprascripto Mco Capitaneo Loci præsentis Actis itidem Castren.
Capitan. Cracoviensibus Condescensa, prout eadem Inscriptio Cessiona:
ria per eundem Mcum Capitaneum Suprascripto Notario facta latius
de præmissis testatur. Nemine eandem Intromissionem cum Possessio:
ne denegante et impugnante, quinimo ipsam per Nobilem Martinum
Gruszczenski Famulum Suprascripti Capitanei Loci præsentis Nomine
ejusdem Mci Capitanei jussu et mandato præfati Domini sui præfato Ge:
neroso Joanni Pisarzowski Notario ultro et benevole dante admittente
consentienteq. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Quinta
post Festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ pro:
xima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesi:
mo Sexto.

## Gsus Paulus Gierałtowski Mco Christophoro Komorowski Głembowice cum Prædijs Donat.

Comparens

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren. Ca:
pitanealibus Oswiecimen. Gsus Paulus Gierałtowski Sanus mente
et corpore existens. Recedendo a Terris Districtibus Iuribus Iurisdi:
ctionibusq. suis quibusvis proprijs et competentibus seu vero cum Succes:
soribus ac Bonis suis omnibus Iurisdictioni Officij præsentis Castren.
Capitan. Oswiecimen. quo ad actum præsentem attinet totaliter et
plenarie incorporando atq. Subijciendo palam libere ac per expres:
sum Recognovit. Quia ipse Bona Hæreditaria infrascripta videlicet
totas et integras Villas suas Hæreditarias Głembowice cum Forta:
litio et Prædio tum Łazy et Rysa cum Prædio in Palatinatu Cracovi:
ensi Ducatu vero Zathoriensi seu Oswiecim. jacen. cum Iurepatronatus p:
sentandor. quorumvis Beneficior. Ecclesiasticor. ijsdem Bonis modo quovis
servientium, necnon cum toto ac omni Iure Dominio proprietate hære:
ditate Tituloq. Hæreditario omnibusq. et singulis eorundem Bonorum
fructibus proventibus, redditibus et utilitatibus attinentijsq. et per:
tinentijs generaliter universis, nullisq. penitus exceptis nihil pro se
suisq. Successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo, sed
omnibus in genere et singulis in Specie comprehensis, generi per Speci:
em et e converso non derogando, verum ita late longe circumferentia:
literq. prout eorundem Bonor. Hæreditas se in suis metis et limitibus ex:
tendit et protrahit, et prout Recognoscens ipse solus ex Antecessoribus suis
tenuit habuit et possidebat eaq. tenere habere et possidere debuit et ipsi ser:
viebant. Iam exnunc Mco Christophoro Komorowski a Komorow Comiti
Liptoviensi et Araviensi, Capitaneoq. Barvaldensi ejusq. Successoribus de:
dit donavit inscripsit et resignavit perpetuo, prout dat donat ac titu:
lo pleno et irrevocabiliter Donationis inscribit et resignat in ævum irre:
vocabiliterq. per præsentes. Per eundem Gsum Christophorum Komorowski
Capitaneum Barvaldensem ejusq. Successores uti legitimos Hæredes Iu:
re Hæreditario Bona præfata omnia donata cum omnibus eorundem
Bonorum fructibus proventibus emolumentis attinentijsq. et pertinen:
tijs tenendi habendi possidendi pacificeq. et quiete utifruendi ac ad usus su:
os suorumq. Successorum quosvis beneplacitos libere convertendi tempori:
bus perpetuis. Et jam exnunc idem Recognoscens Gsus Paulus Gieralto:
wski dat et admittit præsentibus Supradicto Gso Christophoro Komoro:
wski Capitaneo Barvaldensi ejusq. Successoribus in Bona suprascri:
pta Donata realem Intromissionem et actualem pacificamq. Possessio:
nem cum præsentaneo usufructu quandocunq. voluerit acceptandam,
per Ministerialem quemcunq. sibi ad id duxerit eligendum jam exnunc
ipsi ab Officio præsenti additum. Debetq. et tenebitur prædictus Re:
cognoscens Gsus Paulus Gierałtowski prout se ac suos Successores in et
super Bonis suis omnibus generaliter Hæreditarijs et Obligatorijs mo:
bilibus et immobilibus, Summisq. quibusvis pecuniarijs habitis et haben:
dis eidem Gso Christophoro Komorowski Capitaneo Barvaldensi
ejusq. Successoribus inscribit et obligat ipsum et ejus Successores in di:
ctis Bonis donatis et occasione eorundem Bonorum Donatorum ab
omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunq. Personarum Status
sexus et Conditionis cujusvis existentium per omnes præscriptiones
Terrestres prout ad quamlibet Personam Terrestris pertinet præscri:
ptio in omni Iudicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit et ne:
cesse tam in toto quam in parte tueri defendere evincere et intercede:
re indemnemq. ipsum et ejus Successores indemnes reddere et efficere.
Necnon Bona prænominata præsentibus donata tam in toto quam in par:
te ab omnibus Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus tum eti:
am a quibusvis Citationibus in eadem Bona præsentibus donata importa:
tis et importandis. Lucris deniq. et perlucris ac processibus Iuris quibusvis
in eisdem Bonis præsentibus donatis obtentis vel obtinendis in quocunq.
puncto et gradu Iuris dependentibus et consistentibus generaliter omni:
bus et singulis oneribus Bona eadem Donata aggravantibus emundare
et eliberare, mundaq. et libera semper facere, ita ut eadem Bona præsenti:
bus donata tam in toto quam in parte Suprascriptus Gsus Christophorus
Komorowski Capitaneus Barvaldensis suis cum Successoribus quiete et

37

pacifice vigore Inscriptionis præsentis Donatoriæ tenere et possidere queat tem:
poribus perpetuis. Nec debet prædictus Recognoscens Gsus Paulus Gieralto:
wski suis cum Successoribus præfatam Intromissionem et possessionem coram
eodem Officio admissam in eisdem Bonis præsentibus Donatis denegare, imò
tenebitur suis cum Successoribus eandem effectualiter tàm in toto quàm in
parte dare et liberè admittere, datamq; et admissam quovis modo tàm per
se quàm per suas quasvis subimmissas et subordinatas Personas non adime:
re nec præpedire, ac in prænominatis Bonis præsentibus Donatis ipsum et
ejus Successores tàm in toto quàm in parte perpetuo non injuriari sub
Damnis Terrestribus per eundem Recognoscentem Gsum Paulum Gieral:
towski ejusq; Successores ob non completionem præmissorum omnium et sin:
gulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit et necesse, Su:
pranominato Gso Christophoro Komorowski Capitaneo Barvaldensi ejusq;
Successoribus ad solvendum succumbendis. Pro quibus itaq; Damnis Terrestri:
bus taliter ad solvendum succubitis necnon pro re aliqua principali ex
præmissis non completa Citatus existens memoratus Recognoscens Gsus
Paulus Gieraltowski aut ejus Successores Citati Ad Instantiam Supra:
nominati Gsi Christophori Komorowski Capitanei Barvaldensis et ejus
Successorum ad Officium Castrense Capitaneale Cracoviense vel ad Offi:
cium præsens Castren Capitan Oswiecimense. Extunc Recedendo ut Su:
pra à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs
et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Juris:
dictioni Officij illius ad quod ex præmissis vigore Inscriptionis præsentis
Citabitur quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti in toto satis:
faciendum pertinet totaliter et plenariè incorporando ac subijciendo.
In primo Citationis Termino uti peremptorio stare parere respondere
pro Damnisq; Terrestribus præfatis necnon pro re eadem principali pro
qua Citabitur tàm in toto quàm in parte toties quoties opus et necesse fue:
rit, satisfacere debebit et tenebitur, seq; ac posteros suos obligat. Ipsum
primum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes Causæ
ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori
minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum ser:
vitio Militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedi:
mentis et dilationibus non differendo. Ad Quietationem intra Spa:
tium duarum Septimanarum Officij præfati Castrensis Capitanealis
Cracoviensis vel ultra proximos Terminos Querelarum seu Causarum
Officij præsentis Castren Capitan Oswiecimensis dilationem sibi nul:
lam recipiendo. Nullasq; Motiones Appellationes ac earum prosecutiones
faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus
fatalijs Juris præscriptione Terrestri bello conventioneq; et alijs quibusvis
Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. Hac sua præsenti Inscripti:
one ad præmissa mediante. Actum in Castro Oswiecimensi Fe:
ria Tertia post Dominicam Misericordiæ proxima Anno Do:
mini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septimo.

## Gsus Komorowski in Bona Glombowice vigo: re Inscriptionis Donatoriæ Intromissus.

Ministerialis Generalis Regni Providus Petrus Gielasz de Gieraltowi:
ce cum Nobilibus Stephano Jaworski et Stanislao Siemianowski
personaliter stans coram Officio Actisq; præsentibus Castren Capita:
nealibus Oswiecimensibus palam liberè recognovit. Quià Feria Quinta
proximè præterita proxima Generosum Christophorum Komorowski à Ko:
morow Comitem Liptoviensem et Araviensem Capitaneum Barval:
densem in totas et integras Villas Glombowice cum Fortalitio et Prædio,
tùm Lazy et Rysa cum prædio in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò
Zathoriensi seu Oswiecimen jacentes cum Jurepatronatus præsentan:
dorum Beneficiorum Ecclesiasticorum ijsdem Bonis servientium necnon
non cum omni Jure ac Dominio proprietate Hæreditate tituloq; Hæredi:
tario omnibusq; et singulis eorundem Bonorum fructibus proventibus
attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis nullis penitùs exceptis,
realiter et defacto intromiserunt, realemq; Intromissionem et effectivam
Possessionem cum præsentaneo usufructu eorundem Bonorum necnon
cum obedientia omnium Subditorum in eisdem Bonis existentium, quam

ijdem in



ijdem in instanti præstabant, eidem Gso Capitaneo Barvaldensi injunxerunt
et assignarunt. Idq; vigore Inscriptionis præsentis Castren Capitan Oswieci:
mensis Donatoriæ per Gsum Paulum Gieraltowski Suprascripto Gso Capita:
neo Barvaldensi super Bona suprascripta modo Donatoriæ factæ et recogni:
tæ latiùs de præmissis testantis. Nemine eandem Intromissionem cum
Possessione denegante, imò ipsomet in Bonis Suprascriptis eodem Paulo Gie:
raltowski personaliter existente eidem Capitaneo Barvaldensi ultro et be:
nevole dante admittente consentienteq;. Actum in Castro Oswiecimen:
si Sabbatho post Dominicam Jubilate proximo Anno Domini,
Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septimo.

## M. Komorowski Gso Poniatowski in vim Re: emptionis in Summa 11000. Glombowice Ven: didit.

Comparens personaliter coram Officio Actisq; præsentibus Castren
Capitan Cracoviensibus Magnificus Christophorus à Komorow
Komorowski Capitaneus Oswiecimensis sanus mente et corpore existens.
Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis pro:
prijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Ju:
risdictioni Officij præsentis Castren Capitan Cracoviensis quo ad actum
præsentem attinet totaliter et plenariè incorporando atq; subijciendo pa:
lam liberè ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua Hæreditaria in:
frascripta videlicet totam et integram Villam Glombowice cum Forta:
litio et Prædio ibidem sitis, tùm Prædium Rysa dictum et Villam Lazy
in Palatinatu Cracoviensi et Ducatu Zathoriensi et Oswiecimensi jacens cum
toto Jure, Dominio, proprietate, hæreditate omnibusq; et singulis eorunde
Bonorum fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus emolumentis atti:
nentijsq; et pertinentijs generaliter universis nullis penitùs exceptis, nec pro
se suisq; Successoribus aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in gene:
re et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et è contra non
derogando, verùm ita latè longè circumferentialiterq; prout præfatorum
Bonorum Hæreditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur
et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat,
tenereq; habere et possidere debuit, ac ipsum concernebant, eidemq; legi:
timè serviebant. Jam exnunc et defacto Gso Andreæ de Duchniki Ponia:
towski Secretario Sacræ Regiæ Majestatis et ipsius Successoribus pro Sum:
ma Undecem Millium Florenorum pecuniæ communis polonicalis mone:
tæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta
polonicalibus computando de manibus ejusdem Gsi Andreæ Poniatowski
realiter et in effectu levata ac percepta, de qua ipsum præsentibus quietat
liberumq; et absolutum facit præsentibus perpetuo et in ævum in vim
tamen Reemptionis seu cum pacto Retroemptionis et retrovenditi:
onis vendidit et inscripsit, prout vendit et inscribit ac titulo hujusmodi
Inscriptionis Reemptionalis Venditoriæ inscribit præsentibus. Et jam ex:
nunc idem Recognoscens Magnificus Christophorus Komorowski dat et
admittit præsentibus prænominato Gso Andreæ Poniatowski et ipsius Suc:
cessoribus in Bona suprascripta præsentibus Vendita realem Intromis:
sionem et actualem pacificamq; possessionem cum præsentaneo usufru:
ctu quandocunq; voluerit acceptandam Per Ministerialem quemcunq;
sibi ad id duxerit eligendum jam exnunc ipsi ab Officio præsenti additum,
Per ipsum Gsum Andream Poniatowski et ipsius Successores tanquàm Re:
emptitios Hæredes Bona suprascripta præsentibus Vendita Jure hujus:
modi Inscriptionis Reemptionalis Venditoreæ tenendi habendi possi:
dendi pacificeq; et quietè utifruendi ac in suas et suorum Successorum
beneplacitos quosvis usus libere convertendi temporibus perpetuis. De:
betq; et tenebitur prædictus Recognoscens Mcus Capitaneus Oswiecimen:
sis prout se ac suos Successores de et super Bonis suis omnibus eidem
Gso Andreæ Poniatowski et ipsius Successoribus inscribit et obligat præ:
sentibus ipsum et ejus Successores in dictis Bonis præsentibus venditis et occa:
sione eorundem Bonorum tàm in toto quàm in parte ab omni impetitione
Juridica quarumcunq; Personarum Status sexus et Conditionis cujusvis exi:
stentium per omnes præscriptiones Terrestres prout ad quamlibet Perso:
nam Terrestris pertinet præscriptio in omni Judicio et Officio Regni toties
quoties opus fuerit tueri defendere evincere et intercedere indemnemq; ipsi et

ejus Successores indemnes reddere. Necnon Bona prænominata præsentibus Vendita tàm in toto quàm in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus tùm etiam à quibusvis Citationibus in eadem Bona præsentibus Vendita importatis et importandis. Lucris deniq ac perlucris ac processibus Juris quibusvis in eisdem Bonis præsentibus Venditis obtentis vel obtinendis in quocunq puncto et gradu Juris dependentibus emundare et eliberare mundaq et libera semper facere ita ut eadem Bona præsentibus Vendita tàm in toto quàm in parte prædictus Gsus Andreas Poniatowski Suis cum Successoribus quietè et pacificè vigore Inscriptionis præsentis Reemptionalis Venditoreæ tenere et possidere queat temporibus perpetuis. Nec debet prædictus Recognoscens Mcus Capitaneus Oswiecimensis Suis cum Successoribus prænominato Gso Andreæ Poniatowski et ipsius Successoribus præfatam Intromissionem et possessionem coram Officio præsenti admissam in eisdem Bonis præsentibus Venditis denegare, imò tenebitur suis cum Successoribus eandem effectualiter tàm in toto quàm in parte dare et liberè admittere, datamq et admissam quovis modo tàm per se quàm per suas quasvis subimmissas et subordinatas Personas non adimere nec præpedire, ac in prænominatis Bonis præsentibus Venditis ipsum et ejus Successores tàm in toto quàm in quavis minima parte perpetuò non injuriari. Idq sub Vadio similis Summæ Undecem Millium Florenorum pecuniæ polonicalis per prædictum Recognoscentem Mcum Capitaneum Oswiecimensem et ipsius Successores prænominato Gso Andreæ Poniatowski et ejus Successoribus in casu non completionis præmissorum omnium et singulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio præfato taliter ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa Citatus existens memoratus Recognoscens Mcus Capitaneus Oswiecimensis vel illius Successores Citati Ad Instantiam Suprascripti Gsi Andreæ Poniatowski vel ipsius Successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Cracoviense. Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Juribus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanei Cracoviensis quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendum plenarie incorporando. In primo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare parere respondere. Pro Vadioq præfato ac pro re aliqua principali pro qua ex præmissis non completa Citabitur tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur seq ac Posteros suos obligat. Ipsum primum Terminum peremptorium et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione extra vel intra Regnum Servitio Militari ac ad Munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Quietationem ultra spatium duarum Septimanarum Officij præsentis Castrensis Capitanei Cracoviensis dilationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis Simplicibus vel Triplicatis evasionibus fatalijs Juris præscriptione Terrestri bello conventioneq ac alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo.

Et hic subindè coram eodem Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus personaliter Comparens Magnifica Catharina de Brin Consors legitima Suprascripti Mci Christophori Komorowski Capitanei Oswiecimensis cum præsentaneo consensu et assistentia personali Suprascripti Mariti sui atq Generosorum Stanislai Stokowski et Thobiæ Frydrychowski Camerarij Granitialis Ducatuum Zathoriensis et Oswiecimensis Amicorum suorum de linea Paterna hic ibidem coram eodem Officio et Actis præsentibus penes eam personaliter stantium et ad infrascripta Recognoscenda ipsi liberè consentientium sana mente et Corpore existens. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanei Cracoviensis quo ad Actum præsentem attinet totaliter et plenariè incorporando atq subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Quia ipsa super Inscriptionem Suprascriptam Venditoream Reemptionaliter per præfatum Maritum suum modo præmisso factam de omni et integro Jure suo Reformatorio et Advitalitiali ac alio quovis à præfato Marito suo



Marito suo facto et ipsi modo quovis servienti et Bona Suprascripta quovis modo afficienti consensit præsentibusq consentit, eandem Inscriptionem Venditoream Reemptionalem respectu Suprascriptorum Jurium suorum in toto approbavit, confirmavit, ratificavit prout approbat, confirmat et ratificat præsentibus. Hac sua Inscriptione ad præmissa mediante. Actum in Castro Cracoviensi Feria Tertia post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quarto.

## Vigore hujus Venditionis admissa Intromissio.

Ministerialis Generalis Regni Providus Petrus Gielasz de Gieraltowice cum Nobilibus Joanne Czermienski et Joanne Golecki personaliter stans coram Officio Actisq præsentibus Castrensibus Capitanealibus Terrestribus Zathoriensibus palam liberè recognovit. Quia Feria Secunda post Dominicam Exaudi proximius præteritam proxima Generosum Andream de Duchniki Poniatowski Secretarium Sacræ Regiæ Majestatis in Bona infrascripta videlicet totam et integram Villam Glombowice cum Fortalitio et Prædio ibidem sitis et Prædium Rysa dictum et Villam Lazy in Palatinatu Cracoviensi Ducatu Zathoriensi seu Oswiecimensi jacentes cum toto Jure Dominio proprietate hæreditate omnibusq fructibus et attinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis realiter et de facto intromisere, realemq Intromissionem et effectivam Possessionem cum præsentaneo Usufructu eorundem Bonorum, necnon cum obedientia Subditorum in eisdem Bonis existentium, quam ijdem Subditi in instanti præstabant eidem Gso Poniatowski injunxerunt et demandaverunt. Idq vigore Inscriptionis Officij Castrensis Capitanealis Cracoviensis Venditoreæ per Magnificum Christophorum à Komorow Komorowski Capitaneum Oswiecimensem eidem Gso Poniatowski super Bona Suprascripta sua Hæreditaria pro Summa Undecem Millium Florenorum pecuniæ communis polonicalis modo Venditorio factæ et recognitæ latius de præmissis testantis. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione denegante nec impugnante, imo Nobili Joanne Skurski Famulo ejusdem Mci Komorowski Nomine ejusdem et ex Mandato ejusdem Domini sui ultro et benevolè dante admittente consentienteq.
Actum in Zathor in Terminis Terrestribus Feria Quinta intra Quatuor Tempora in Crastino Festi Sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quarto.

## Oblata ejusdem Inscriptionis Venditoreæ.

Ad Judicium et Acta præsentia Terrestria Zathoriensia personaliter veniens Generosus Paulus Poniatowski Nomine Gsi Andreæ Poniatowski Secretarij Sacræ Regiæ Majestatis obtulit ad acticandum ad Acta præsentia Terrestria Zathoriensia proprij Districtus vigore Constitutionum eo nomine Sancitarum Inscriptionem Castrensem Capitanealem Cracoviensem Venditoream per Magnificum Christophorum à Komorow Komorowski Capitaneum Oswiecimensem eidem Poniatowski ratione infrascriptorum factam et recognitam. Petens eandem suscipi et in Acta sua connotari etc. Quam Judicium suscepit et Actis suis connotavit de Tenore ut supra etc.
Actum in Zathor in Terminis Terrestribus Zathoriensibus Feria Quinta intra Quatuor Tempora in Crastino Festi Sancti Matthæi Apostoli et Evangelistæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quarto.

## G. Poniatowski Gso Pissarzowski de Inscriptione Venditorea super Glombowice Cedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisq præsentibus Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus Gsus Andreas de Duchniki Poniatowski Secretarius Sacræ Regiæ Majestatis sanus mente et Corpore existens. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanei Cracoviensis quo ad Actum præsentem attinet totaliter et plenariè incorporando atq subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Quia ipse de

omni et integro Iure suo videlicet de Inscriptione Castrensi Capitaneali Cracoviensi per Magnificum Christophorum à Komorow Komorowski Capitaneum Oswiecimensem sibi Recognoscenti super Bona sua Hæreditaria infrascripta videlicet totam et integram Villam Glombowice cum Fortalitio et Prædio ibidem sitis tum Prædium Ryssa dictum et Villam Lazy in Palatinatu Cracoviensi et Ducatu Zathoriensi seu Oswiecimensi jacen: modo Venditoreo Reemptitio pro Summa Undecem Millium Florenorum pecuniæ polonicalis facta et recognita, Inscriptione eadem latiùs de præmissis in suo tenore canente, cum omnibus ejusdem Inscriptionis Venditoreæ Conditionibus, punctis, Clausulis, Articulis, Vadio tuitione, emundatione, pacificatione, ligamentis et nexibus universis eidem Inscriptioni appositis ac de ipsa Summa in præfata Inscriptione expressa cum totali ipsius proprietate et prærogativa Bonisq; præfatis Venditis eadem Summa oneratis cum parata eorundem Bonorum Intromissione et possessione per se hactenus pacificè continuata cum toto præmissorum omnium Iure Dominio proprietate Hæreditate tituloq; Hæreditario omnibusq; et singulis eorundem Bonorum fructibus proventibus redditibus utilitatibus emolumentis attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se suisq; Successoribus aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et è contra non derogando, verùm ita latè longè circumferentialiterq; prout præfatorum Bonorum Hæreditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat tenereq; habere et possidere debuit, ac ipsum concernebant, eidemq; legitimè modo præmisso serviebat. Iàm exnunc et defacto Generoso Ioanni de Pisarzowice Pisarzowski Notario Terrestri Zathoriensis seu Oswiecimensis Ducatuum et ipsius Successoribus accepta ab ipso pro præmissis omnibus reali et sufficienti satisfactione cessit et condescendit, prout cedit et condescendit præsentibus perpetuo, omneq; et integrum Ius suum præmissorum omnium in eundem Gsum Ioannem Pisarzowski Notarium Terrestrem Zathoriensis seu Oswiecimensis Ducatuum et ipsius Successores totaliter et plenariè transfudit transtulit et incorporavit prout transfundit transfert et incorporat per præsentes. Et jàm exnunc idem Recognoscens Generosus Andreas Poniatowski dat et admittit præsentibus prænominato Generoso Ioanni Pisarzowski et ipsius Successoribus in hoc idem Ius Cessum præmissorum omnium Summam videlicet Suprascriptam Bonaq; præfata eadem Summa onerata præmissaq; omnia præsentibus abscessa realem Intromissionem et actualem pacificamq; Possessionem cum præsentaneo usufructu quandocunq; voluerit acceptandam per Ministerialem quemcunq; sibi ad id duxerit eligendum, jàm exnunc ipsi ab Officio præsenti additum. Per præfatum Gsum Notarium Terrestrem Zathoriensem et Oswiecimensem et ipsius Successores tanquàm veros et legitimos Hæredes hoc idem Ius Cessum præmissorum omnium cum universis Beneficijs et prærogativis Summam videlicet Suprascriptam Bonaq; præfata eadem Summa onerata ac præmissa omnia præsentibus abscessa cum suis utilitatibus et emolumentis tenendi habendi possidendi pacificeq; et quietè utifruendi ac in suos suorumq; Successorum beneplacitos quosvis usus liberè convertendi vigore præfatæ Inscriptionis Venditoreæ Originalis ad præmissa sibi servientis præsentisq; Cessi et transfusi Iuris. Nihilominus idem Recognoscens Gsus Andreas Poniatowski se ac suos Successores de et super Bonis suis omnibus præfato Generoso Ioanni Pisarzowski Notario Terrestri Zathoriensi et Oswiecimensi et ejus Successoribus inscribit et obligat præsentibus ipsum et ejus Successores in eodem Iure Cesso Summa videlicet Suprascripta Bonisq; præfatis eadem Summa oneratis præmissisq; omnibus præsentibus abscessis et occasione ejusdem Iuris abscessi præmissorumq; omnium præsentibus abscessorum tàm in toto quàm in parte ab omni Impetitione Iuridica quarumcunq; Personarum status sexus et Conditionis cujuscunq; existentium ex re Persona et occasione sua suorumq; Successorum tantummodo et non ultra exoriund: per omnes præscriptiones Terrestres prout ad quamlibet Personam Terrestris pertinet præscriptio in omni Iudicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere et intercedere, Indemnemq; ipsum et ejus Successores indemnes reddere. Necnon hoc idem Ius Cessum præmissorum omnium Summam videlicet Suprascriptam Bonaq; Suprascripta Summa eadem onerata præmissaq; omnia præsentibus abscessa tàm in toto quàm in parte ab omnibus Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus per se in præmissis cuicunq; Personarum factis et faciendis, tùm etiam à quibusvis Citationibus in hoc idem Ius Cessum præmissorum omnium Summam videlicet Suprascriptam Bonaq; præfata ea:



præfata eadem Summa onerata præmissaq; omnia præsentibus abscessa super se Successoresq; suos tantummodò importatis et importandis, lucris deniq; et perlucris ac processibus Iuris quibusvis in eodem Iure cesso videlicet Summa Suprascripta Bonisq; præfatis eadem Summa oneratis præmissisq; omnibus præsentibus abscessis super se Successoribusq; suis tantummodò obtentis vel obtinendis in quocunq; puncto et gradu Iuris dependentibus, Personamq; suam et suorum Successorum tantummodò afficientibus emundare et eliberare, mundaq; et libera præmissa omnia semper facere, ita ut hoc idem Ius Cessum præmissorum omnium Summam videlicet Suprascriptam Bonaq; præfata eadem Summa onerata præmissaq; omnia præsentibus abscessa tàm in toto quàm in parte prædictus Gsus Ioannes Pisarzowski Notarius Terrestris Zathorien: et Oswiecimen: suis cum Successoribus quietè et pacificè ex re Persona et occasione prædicti Recognoscentis ejusq; Successorum vigore Inscriptionis præsentis Condescensoriæ tenere et possidere queat temporibus perpetuis. Nec debet prædictus Recognoscens Gsus Andreas Poniatowski suis cum Successoribus præfato Notario Terrestri Zathorien: et Oswiecimensi et ejus Successoribus præfatam Intromissionem et possessionem coram Officio præsenti admissam in eodem Iure Cesso Summa videlicet Suprascripta Bonisq; præfatis eadem Summa oneratis præmissisq; omnibus præsentibus abscessis denegare, imò tenebitur suis cum Successoribus eandem effectualiter tàm in toto quàm in parte dare et liberè admittere, datamq; et admissam quovis modo tàm per se quàm per suas quasvis submissas et subordinatas Personas non adimere nec præpedire, ac in prænominato Iure Cesso Summa videlicet Suprascripta Bonisq; præfatis eadem Summa oneratis præmissisq; omnibus præsentibus abscessis ipsum et ejus Successores tàm in toto quàm in quavis minima parte perpetuò non injuriari. Idq; sub Vadio similis Summæ aliorum Undecem Millium Florenorum pecuniæ polonicalis Monetæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando per præfatum Recognoscentem Gsum Andream Poniatowski et ipsius Successores præfato Gso Ioanni Pisarzowski Notario Terrestri Zathorien: et Oswiecimensi et ipsius Successoribus in casu non completionis præmissorum omnium et singulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio præfato taliter ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa nihilominus complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Gsus Andreas Poniatowski sive ejus Successores Citati Ad instantiam Suprascripti Gsi Ioannis Pisarzowski Notarij Trris Zathorien: et Oswiecimen: vel ejus Successorum ad Officium præsens Castren: Capitan: Cracoviense. Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus severò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Iurisdictioni Officij præsentis Castren: Cap: Cracoviensis quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendum plenariè incorporando. In primo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare parere respondere Pro Vadioq; præfato ac re ipsa principali pro qua ex præmissis non completa. Citabitur tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur seq; ac Posteros suos obligat. Ipsum primum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Quietationem ultra spatium duarum Septimanarum Officij præsentis C. C. Cracoviensis dilationem sibi non recipiendo, nullasq; motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus fatalijs Iuris præscriptione Terrestri bello conventioneq; et alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo. præsenti Inscriptione ad præmissa mediante.

Actum in Castro Cracoviensi Feria Quinta in Octavæ Festi Sacratissimi Corporis Christi Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto.

## Vigore ejusdem Cessionis Gso Notario Trri Zathorien: et Oswiecimen: admissa Intromissio.

Ministerialis Gnlis Regni Providus Ioannes Auder de Pisarzowice cum Nobilibus Alberto Stanecki et Andrea Milianski personaliter stans coram Officio Actisq; præsentibus Castren: Capitan: Oswiecimensibus palam libereq; recognovit. Quia die hesterna Gsum Ioannem in Pisarzowice Pisarzowski Notarium Terrestrem Zathoriensem et Oswiecimen: Ducatuum in Bona infrascripta videlicet totam et integram Villam Glombowice

cum Fortalitio et Prædio ibidem sito, tum Prædium Ryssa dictum et Villam Lazy (quæ Bona seorsim adibant) in Palatinatu Cracoviensi Ducatu vero Zathoriensi seu Osviecimensi jacens cum toto Iure, Dominio, proprietate, hæreditate, omnibusq; et singulis eorundem Bonorum fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus, emolumentis, attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis realiter et defacto intromiserunt, realemq; Intromissionem et effectivam Possessionem cum præsentaneo usufructu eorundem Bonorum necnon cum obedientia Subditorum in eisdem Bonis existentium, quam ijdem Subditi in instanti præstabant eidem Gso Ioanni Pissarzowski Notario Terrestri Zathorien. et Osviecimensi injunxerunt assignarunt et demandarunt. Idq; vigore Inscriptionis Castren. Capitan. Cracoviensis per Mcum Christopher Komorowski Capitaneum Osviecimen. Gso Andreæ Poniatowski de Duchniki Servientis S.R. Majestatis Secretario super summam Undecem Millium Floren. pecuniæ polonicalis super Bonis suprascriptis modo Venditoreo facta et recognita, et per eundem Poniatowski præfato Gso Pissarzowski Notario Actis itidem Castren. Capitan. Cracoviensibus Condescensa, Inscriptionibus ijsdem originali Venditorea et Cessionaria latius de præmissis testantibus. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione denegante, imo vero Nobili Georgio Tuszynski Famulo ejusdem Poniatowski in eisdem Bonis personaliter existente Nomine ejusdem Poniatowski suprascripto Gso Ioanni Pissarzowski ultro et benevole dante admittente consentienteq;. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Quinta post Festum Sanctæ Margarethæ Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto.

## Capitaneus Oswiecimen. Nli Wolski Prædium Ryssa donat

Comparens personaliter coram Officio Actisq; præsentibus Castren. Capitan. Osviecimensibus Gsus Christophorus Komorowski Capitaneus Barvalden. in Glambowice aliorumq; eo pertinentium Hæres sanus mente et corpore existens Recedendo à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus, severo cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Iurisdictioni Officij præsentis Castren. Capitan. Oswiecimensis quo ad actum præsentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq; subjiciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia Nobili Romano Wolski ejusq; Successoribus Bona sua Hæreditaria suprascripta videlicet Prædium Ryssa ad suprascripta Bona Villæ Glambowice Ducatus Zathoriensis seu Osviecimensis consisten. pertinens cum toto ac omni Iure Dominio proprietate et Hæreditate tituloq; Hæreditario necnon Stagnis Piscinis, Subditis, Agris, Campis ad hoc idem Prædium spectantibus, eorundemq; Bonorum fructibus, proventibus, utilitatibus attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis, nullis penitus exceptis, nihilq; in præmissis nec pro se suisq; Successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo. Sed in totum et plenarie prout præmissa se Recognoscentem competebant, et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens solus tenuit habuit et possidebat, tenereq; habere et possidere debuit, Iam exnunc dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout præsentibus dat, donat ac titulo puræ et irrevocabilis Donationis inscribit et resignat perpetuo irrevocabiliterq;. Et jam exnunc isidem Recognoscens Generosus Christophorus Komorowski dat et admittit præsentibus suprascripto Nobili Romano Wolski ejusq; Successoribus in præmissa donata realem Intromissionem et actualem pacificamq; Possessionem cum præsentaneo usufructu quandocunq; voluerit acceptandam Per Ministerialem quemcunq; sibi ad id duxerit eligendum, jam exnunc ipsi ab Officio præsenti additum. Per eundem Romanum Wolski ejusq; Successores tanquam veros et legitimos Hæredes præmissa præsentibus donata Iure hæreditario tenendi habendi, possidendi pacificeq; et quiete utifruendi; ac ad usus suos suorumq; Successorum quosvis beneplacitos libere convertendi temporibus perpetuis. Actum in Castro Oswiecimensi Feria Sexta post Dominicam Invocavit proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

## N. Wolski Gso Ioanni Pissarzowski Notario Trri Zathorien. de Inscriptione Dnatoria Cedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisq; præsentibus Castr. Capitan. Osviecimensibus Nobilis Romanus Wolski. Recedendo à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus severo cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Iurisdictioni Officij præsentis Castren. Capitanealis Oswiecimens. quo ad actum præsentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq; subijciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto videlicet de Inscriptione Officij

præsentis

skiego przy bytnosci Vrodzonych Stanisława Zyczenskiego, Piotra Gierałtowskiego, y inszych Szlachcicow, także Opatrznego Wawrzynca Niezgody z Głembowic Woznego Ziemie Krakowskiey. Przed ktorym tedy Vrzędem Podkomorskim oblicznie stoiąc Vrodzony Paweł Gierałtowski iako Strona Powodowa pokazał Remissye na Pole od Sądu Ziemskiego Zatorskiego do czynienia Granic przeciwko Wielmożnemu Alexandrowi Myszkowskiemu Dziedzicowi Wsi Polanki, prosząc żeby Pan Komornik według powinnosci Vrzędu swego Iurysdykcyą swoię fundował, ktorey iż nikt nie kontradykował, Vrząd Podkomorski to iest Vrodzony Ian Pissarzowski fundował ią, y onę Woznemu Opatrznemu Wawrzyncowi Niezgodzie obwołać rozkazał. Dalęy tenże Powod Vrodzony Paweł Gierałtowski pokazawszy iako Remissye na Pole od Sądu Ziemskiego tak y Pozew Podkomorski do czynienia Granic, prosił aby Vrząd ninieyszy za ukazaniem przezen pewnych znakow Granicznych przypuscił go do Powodztwa. O co także y Strona pozwana Wielmożny Alexander Myszkowski prosił: A Vrząd Podkomorski Ian Pissarzowski przypatrzywszy się dobrze dukom y Znakom obuiey Strony, uznawszy bydz pewnieysze y ważnieysze według Prawa Powodowey Strony Vrodzonego Pawła Gierałtowskiego znaki onemu Powodztwo na wiedzenie y prowadzenie Granic Sprawiedliwych nakazał; ktory Dekret obiedwie Strony przyięły. Zaprowadzeniem tedy Vrzędu Podkomorskiego przez Stronę powodową usypane są trzy Narożne Kopce nad Potokiem od Południa idącym. Ieden od Głembowic na Południe przy bytnosci tegoż Powoda. Drugi od Osieka na Zachod przy bytnosci Balcera Porembskiego Woyskiego Ziemie Krakowskiey. Trzeci od Polanki na pułnocy przy bytnosci także Wielmożnego Alexandra Myszkowskiego. A od tych Narożnikow idąc ku Wschodowi Iesiennemu usypany iest Kopiec pierwszy scienny miedzy pomienionemi Dziedzictwy Głembowicami a Polonką w gorę idąc. W Lesie potym drugi Kopiec nad Łączką przy Stawku nowo usypanym, od ktorego to Kopca maiąc Granica pod Groblą aż do trzeciego Kopca, ktory iest usypany na drugą Stronę Stawku. Czwarty potym ku gorze idąc także ku Wschodowi Iesiennemu odtąd prosto idąc usypany iest Piąty, Szosty, Siodmy, potym nad doł przy drożyszku Osmy. Dalęy także nad doł idąc na starym wierzdzie usypany iest Dziewiąty y Dziesiąty Kopiec. Potym Iedenasty pod Groblą Stawku Ochmanowego Graniczny rzeczonego, od ktorego to Kopca idzie Granica pod Groblą na drugą Stronę Potoczka gdzie iest usypany Dwunasty Kopiec od ktorego prosto idąc usypany iest Trzynasty nad Stawkiem Polonskim, a odtąd potym usypany iest ostatni Narożni Kopiec od Głembowic od Południa. Drugi także Narożni Stary od Polonki od Zachodu Iesiennego odnowiony. Trzeci od Piotrowic od Wschodu Słonca odnowiony, ktory Poddani z Piotrowic Woyt z Starszymi przyznali. Gdzie aż się iuż Granice miedzy pomienionemi Wsiami Głembowicami z iedney a Polonką z drugiey Strony skonczyły: Vrząd Podkomorski Vrodzony Ian Pissarzowski Komornik Graniczny Xięstwa Zatorskiego y Oswięcimskiego Powodowi Vrodzonemu Pawłowi Gierałtowskiemu z Szescią Swiadkow sobie rownych w Rodzie wedle Prawa opisanego przysięgę na prawdziwe y sprawiedliwe Sypanie y wiedzenie Granic iako nic Ziemie y Dziedzictwa Pozwanemu nie odiął ani od niego oddalił, nakazał: y ku dosyć czynieniu przysiedze tey Woznego Opatrznego Wawrzynca Niezgodę przydał. Ktory to Wozny oblicznie stanąwszy przed tymże Vrzędem Podkomorskim zeznał, iż Powod z Szescią Swiadkow sobie w Vrodzeniu rownych wedle Roty wydaney na sprawiedliwe wiedzenie Granic przysiągł. Za ktorym Powodowey Strony Vrodzonego Pawła Gierałtowskiego uczynieniem Vrząd Podkomorski temuż Woznemu obwołać kazał przy tychże ostatnich Narożnich Kopcach że się iuż Granice miedzy często mianowanemi Głembowicami a Polonką za dostatecznym usypaniem Kopcow skonczyły. Ktoby chciał przeciwko tymże skonczonym Granicom mowić albo one burzyć, żeby się teraz odzywał: aż za obwołaniem Woznego raz drugi, trzeci y czwarty z mocy Prawa żaden się nie odezwał, ani onym kontradykował. Vrząd Podkomorski Vrodzony Ian Pissarzowski Komornik Graniczny Mocą Krola I.Mci y Vrzędu swego Granice te wiecznemi czasy bydz ważne y trwałe ninieyszym Dekretem swym nakazuie y nakazał. Do ktorych to Granic wyżey opisanych przez Pisarza Naszego Granicznego wydanych Pieczęć zwykłą Podkomorską Vrzędu Naszego do nich przyłożono, dla większey wiary. Działo się Roku, Dnia, Mieysca iako wyżey. Z Xiąg Granicznych Podkomorskich Ziemie Krakowskiey wydanie. Wawrzyniec Pawrcki Pełny Graniczny Podkomorski Ziemie Krakowskiey Pisarz. Ręką własną swą. Locus Sigilli Succamerarialis Cracoviensis.

Działo się w Zatorze na leżeniu Xiąg Ziemskich Zatorskich we Czwartek miedzy Suchemi Dniami po Swięcie Swiętego Krzyża Podniesienia bliższy Roku Panskiego Tysiącznego Szescsetnego Osmego.

## Oblata earundem Literarum ad Acta Terrestria Zathoriensia seu Oswiecimensia

Do Prawa



Do Prawa y Xiąg ninieyszych Ziemskich Zatorskich położenia przyszedszy oblicznie Vrodzony Paweł Gierałtowski z Gierałtowic a w Głembowicach podał ku wpisaniu do Xiąg ninieyszych List niżey pisany Graniczny miedzy Dobrami Wsią Głembowic tegoż Vrodzonego Pawła Gierałtowskiego Dziedziczną z iedney, a Wsią Polonką Wielmożnego Alexandra Margrabie z Mirowa Myszkowskiego z drugiey Strony Pieczęcią Vrodzonego Stanisława Cikowskiego z Woysławic Podkomorzego Ziemie Krakowskiey zapieczętowany y Ręką Szlachetnego Wawrzynca Pawrckiego Pisarza Granicznego Xięstw Oswięcimskiego y Zatorskiego podpisany, prosząc aby był ku wpisaniu do Xiąg ninieyszych przyięty; ktory to List dostateczny, niepodeyrzany, y w niczym nie poruszony na żądnosc tegoż Vrodzonego Pawła Gierałtowskiego iako w Powiecie albo w Xięstwie własnym przyięty iest, y wpisać do Xiąg ninieyszych pozwolony. Ktorego wzor słowo do słowa taki iest. Stanisław etc. iako iuż wyżey napisany.

Działo się w Zatorze na leżeniu Xiąg Ziemskich Zatorskich we Czwartek miedzy Suchemi dniami po Swięcie Swiętego Krzyża Podniesienia bliższy Roku Panskiego Tysiącznego Szescsetnego Osmego.

## Approbacya Granic od Nideckiego Głembowicom.

Stanąwszy oblicznie przed Sądem y Akty ninieyszemi Ziemskiemi Zatorskiemi Vrodzony Paweł Gierałtowski z Gierałtowic a w Głembowicach z iedney, y Zygmunt Nidecki, swym y Iana Nideckiego Brata swego, za ktorego się z Dobr swych obowiązuie że na to wyznanie przyzwoli, Imiony, odstępuiąc inszych wszelakich swych zwierzchnosci, a tey ninieyszey Iuryzdykcyi zupełnie się poddawaiąc, dobrowolnie y iawnie zeznali y każdy z nich zeznał. Że owi przychylaiąc się do Listu opisania Granic y Kopcow mianowanych niżey Wsi, ktory to List iest de data et Actu w Oswięcimiu we Wtorek pierwszy po Swiętym Iznie Roku 1560. ktory to List iest pod tytułemy pieczęcią Wielmożnego niegdy Iana z Ocieszyna Kanclerza Koronnego etc. a Ianusza Brodeckiego Sędziego Ziemskiego Oswięcimskiego, a miedzy niegdy Matyaszem Gierałtowskim a w Głembowicach z iedney, a Iąnem, Lenartem, Ierzykiem Nideckiemi Bracią Rodzoną z drugiey Strony poczynaiąc Granice od Narożnego Kopca ktory iest miedzy Grunty Nideckim a Osieckim, a od drugiego Kopca Narożnego miedzy Głembowicami a Nidkiem, a potym iest w liczbie Kopcow Trzydzieści y ieden, ieden po drugim usypanych, a iest ta Granica miedzy temi Grunty na ten czas postanowiona niedaleko Gruntu Wsi Wieprza z tey przyczyny że ta Sciana Głembowska, Nidecka a Wieprzowska o Kopiec Narożni dostatecznego postanowienia nie miały tak iako o tym ten List opiewa. Przeto ci Zeznawcy w gorze pisani spolney ugody nie wiedząc iako ostateczny Kopiec iest zniszczony albo rozorany, iednak to sobie z obu Stron przyznawaiąc, że był nad Potoczkiem małym z Pol Głembowskich do Potoka rzeczonego Trzcinny, Potok, na ktorym Młyn tegoż Zygmunta Nideckiego iest, usypali Kopiec ieden nad tymże Potoczkiem z tey Strony od Nidka na gruncie Nideckim, a od tego Kopca idzie Granica Głembowska y Nidecka aż do Potoka mianowanego Trzcinny, y zapisuią a obowiązuią się sobie z obu Stron z Potomkami swymi z Dobr swych wszelakich ten Kopiec nienaruszenie zachować, spokoynie na wieczne czasy przez oblicżne swe zeznanie pod Szkodami Ziemskiemi Strona naruszaiąca z Potomkami Stronie nienaruszaiącey y iey Potomkom ku zapłacie przepadaiącymi y prawnie dochodzić zwykłemi.

Działo się na Roczech Ziemskich Zatorskich w Zatorze we Czwartek miedzy Suchemi Dniami po Podwyższeniu Swiętego Krzyża bliższy Roku Panskiego Tysiącznego Pięcsetnego Dziewięcdziesiątego Trzeciego.

## Actus Granicialis inter Villas Nidek & Wieprz a Villis Głąmbowice & Gierałtowice.

Acta sunt haec in loco Campestri Graniciali Differentiarum inter Bona Villarum Nidek Generosorum Ioannis Gaspari et Alexandri Nideckich Actorea Partis ab una, et Wieprz Magnificae Helisabethis Relictae Viduae olim Magnifici Mariani Przyłęcki Castellani Oswiecimensis Haereditariae parte ab altera, In concurrentia Terrestrium parietum unitis Villae ejusdem Nidek, alterius Villae praedictae Wieprz, tertiae Villae Bulowice Successorum ejusdem olim Mci Castellani Oswiecimensis Haereditariae, idque Feria Secunda post Festum Sacratissimae et Individuae Trinitatis proxima Anno Domini 1640.

Coram Generoso Thobia Frydrychowski in Frydrychowice Camerario Granicíali Zathoriensis et Oswiecimensis Ducatuũ in præsentia Magnificorũ et Generosorũ Christophori a Komorow Komorowski Oswiecimensis &. Capitanei, Prænclai Slawinski Camerarij Granicialis Districtus Bieznensis, Mariani et Hieronimi Przyłęckich, Pauli Joannis et Gasparj Nideckich Actoreæ Partis, Severini Jgnowski, Notarij Castrensis Oswiecimensis, Alexandri Kowiecki, Gabrielis et Nicolai Frydrychowskich, Stanislai Achingier, Alexandri Lelowski, Romani Wolski, Alberti Blesrzynski, Nicolai Mnichowski, Balthasari Witkowski, Joannis Pieklewicz, Nicolai Wigsowicz, et multorum aliorum fide dignorum, tùm etiam Ministerialis Regni Generalis Providi Joannis Krol de Nidek. Ubi reproductis Authentice emanatis ex Judicio Terrestri Zathoriensi inter eosdem Actores et Magnificam Elisabetham in Wieprz olim Magnifici Mariani à Przyłęk Przyłęcki Castellani Oswiecimensis Consortem derelictam Bonorum eorundem Wieprz Hæredissam ab eisdem Bonis Villæ Wieprz principaliter Citatam pro faciendis Limitibus à Bonis suis Villæ Nidek Remissis ad Campum cum eadem Magnifica Castellana Oswiecimensi locatoq in concurrentia trium Hæreditatum videlicet Bonorum Villæ Wieprz Bulowice et Nidek Officio Succamerariali tùm Innotescen: Termini pro die hodierna inciden: deducti petierunt in eodem loco ante omnia Jurisdictionem Succamerarialem fundari et Partem innotescitam ad sui præsentiam acclamari, Juris omnibus beneficijs per omnia Sibi salvis manentibus. Quo in loco Dominus Camerarius Jurisdictionem suam Campestrem Granicialem juxta præscriptum Juris Communis ad affectationem Partis Actoreæ in concurrentia præfatorum Trium Parietum Nidecka Wieprzowska et Bulowska prout Pars eadem Actorea allegabat, Juris et defensis Partium non derogando fundavit, et eandem fundatam Ministerialis Suprascriptus Joannes Krol ex Mandato ejusdem Domini Camerarij alta sonorosa et intelligibili voce proclamavit, publicavit et ad notitiam omnium quorum intererat, sufficienter deduxit.

Et hìc incontinenti Suprascripti Marianus et Hieronymus Przyłęccy Bonorũ Villæ Bulowice Hæredes sui et aliorum Cohæredum Bonorum eorundem Bulowice de nullitate fundatæ ejusdem Jurisdictionis quòd videlicet in Fundo proprio Hæreditatis ipsorum Bulowice fundata sit, nec eo loci concurrentia Parietum extaret, offerendo se id probaturos rationibus et documentis tempore et loco suis inferendis et deducendis protestati sunt.

Prænominati quoq Actores tàm contra eosdem Generosos Przyłęckie Fratres inter se germanos quàm et alios ipsorum eorundem Bonorum Villæ Bulowice Cohæredes se Officium præsens Succamerariale in concurrentia Trium Hæreditatũ justè et legitimè locasse, eandemq Concurrentiam Trium earundem Hæreditatum per Antecessores suos Juramento evictam esse, quod in instanti Actu Graniciali Antiquo de Actu Feria Quarta intra Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Septimo probare et probaturos suo loco et tempore competentibus se offerebant. Reprotestati sunt.

Post quam acclamationem modo præmisso factam proposuit Actorea Pars contra Magnificam Castellanam Oswiecimensem et Copia Citationis seu Innotescentiæ Suæ Tenoris talis.

Franciscus à Dembiany Dembinski Succamerarius Terræ Cracoviensis, Vieliciensis Bochnensis &. Capitaneus. Tibi Magnificæ Helisabethi Szylizanska olim Mci Mariani Przyłęcki Castellani Oswiecimensis Consorti Relictæ Viduæ, Bonorũ Wieprz et Andrychow Hæredissæ, de his ac alijs Bonis Tuis generaliter omnibus Mandamus. Quatenus coram Nobis seu Officio Succamerariali Nostro Feria Secunda post Festum Sacratissimæ et Individuæ Trinitatis proximè nùnc instans proxima in loco Campestri Differentiarum inter Bona Villæ Nidek Generosorum Pauli et Alexandri olim Generosi Joannis Nidecki, tùm Joannis et Gaspari olim Generosi Sigismundi Nidecki Filiorum, Fratrum inter se germanorum et Patruelium Actorum Hæreditaria, et Tua etiam dicta Wieprz et Andrychow Hæreditaria; ubi videlicet Suprascripti Actores Nos seu Officium Camerariale Nostrum locabant; Ad Instantiam eorundem Generosorũ Nideckich Actorum personaliter legitimè peremptorieq Compareas. Qui Te tàm omnes conjunctim quàm quilibet eorum seorsim suo pro interesse recedendo à quovis anteriori Processu in quovis Judicio et Officio Regni ratione infrascriptorum obtento non autem à re ipsa principali, quam sibi ijdem Actores in pleno ac toto robore reservant Citant ad videndum et attendendum limites, ips: ducere seorsim nostrum, ducereq et sipare Granicies Scopulos de terra erigendo et alia Signa Metalia sive Granicialia faciendo attentareq et aspicere ipsos, cum Testibus præstare Juramentum tanquàm Actores super vera et justa ductione et sipatione præfatarum Graniciarum, prout præfatam Remissam ad Campum tecum in Judicio Terrestri Zathoriensi in Terminis Terrestribus Zathoriensibus proximè præteritis pro Lucro Actoratus obtinuerunt. Pro quo Actoratu ad Nos seu Officiũ Nostrum ad Campum sunt remissi. Sis igitur eum Terminũ et præmissa omnia Judicialiter attentatura. Datum in Grzmborow Residentiæ Nostræ Feria Secunda post Dominicam Conductus Paschæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto.

Quâ Propositione peracta petijt eadem Actorea Pars, ut Officium Succamerariale juxta obloquentiam Remissarum ad Campum ad lustrandum ductum

Ductum suum et decernen: sibi Actoribus Actorati procedat.

Verùm Nobilis Stanislaus Rykalski uti Nuncius Magnificæ Elisabethis in Wieprz olim Magnifici Mariani Przyłęcki Castellani Oswiecimensis Viduæ derelictæ Bonorum Villæ Wieprz et Andrychow Hæredissæ, audita Suprascriptæ Principalis Suæ ad Officium præsens Juridica acclamatione, dixit præfatam Magnificam Principalem Suam die hodierna majoris importantiæ Causam habere coram Officio Castrensi Capitaneali Cracoviensi cum Nobili Stephano Korczakowski pro Taxa Viginti Millium Marcarum pecuniæ polonicalis et totidem damni ac perindè petijt ab Officio præsenti eidem Suprascriptæ Magnificæ Principali Suæ ejusmodi Juridicam Dilationem et de Jure concessibilem concedi, omnibus Juris ac beneficijs ad Causam præsentem necessarijs pleno in robore Suprascriptæ Principali Suæ reservatis.

Non esse concessibilem eandem Dilationem Magnificæ Castellanæ Oswiecimensi cum eadem Dilatione eadem Magnifica Castellana Oswiecimensis per Nuntium suum non uti vera sed in protractionem Causæ præsentis et damnum eorundem Actorũ totaliter impugnarunt ijdem Actores.

Et Dominus Camerarius visa Juridica affectatione pro parte Suprascriptæ Magnificæ Castellanæ Oswiecimensis principaliter in Causa præsenti Graniciali Citatæ Bonorum Villæ Wieprz Hæredissæ ad affectationem præfati Nobilis Stanislai Rykalski Nuntij ipsius dedit et concessit, prout dat et concedit præsentem et Juridicam Dilationem pro majori hinc ab Actu præsenti ad Octo Septimanas proximè venturas sesesq proximè et immediatè sequentes, in cujus temporis decursu tenebitur eadem Magnifica Castellana Oswiecimensis Officio Succamerariali hìc in Campo probare Authenticis Documentis literatorijs se diè hodierna in Officio Castrensi Capitaneali Cracoviensi habuisse Actionem majoris negotij et importantiæ cum Nobili Stephano Korczakowski videlicet pro Taxa Viginti Millium Florenorum pecuniæ polonicalis et totidem Damni. Habent igitur et habituræ sunt prænominatæ Partes hìc in Campo coram Officio Campestri Graniciali in eisdem Octo Septimanis proximis proximeq venturis ad ulterius ea in Causa de Jure forma procedendi Terminum talem, qualem ab ipsis habere debuerunt, nullius Partis Jure læso imò in pleno robore reservato juxta videlicet Actoreæ Partis Citationem superinsertam Dilationem præsentem præfatæ Magnificæ Castellanæ Oswiecimensi principaliter Citatæ concessam, conservationemq Termini et Acta Succamerarialia Campestria Granicialia Palatinatus Cracoviensis et Ducatus Zathoriensis et Oswiecimensis.

Quod Decretum concessæ Dilationis Suprascriptæ Citatæ Magnificæ Castellanæ Oswiecimensi Actorea Pars pro Juridico non suscipiendo ab eo et cum eodem Decreto Suprascriptum Generosum Thobiam Frydrychowski Camerarium Granicialem Ducatuum Zathoriensis et Oswiecimensis ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalitia Regni Lublinensia proximè Lublini celebranda Movit. Terminum eidem prosequendæ et continuandæ hujusmodi Motionis suæ et expurgandæ Sententiæ ipsius coram eisdem Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinensibg proximè Lublini celebrandis per Ministerialem Suprascriptum Joannem Krol præfixit et assignavit.

Quam Motionem Officium hocce præsens Succamerariale Campestre Graniciale eidem Actoreæ Parti admisit et Termino illius detulit.

Habent igitur et sunt habituræ memoratæ Partes utreq coram eisdem Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinensibus proximè Lublini celebrandis tunc dum et quando Causa præsens ex Regestro Causarum Palatinatus Cracoviensis et Districtus Zathoriensis et Oswiecimensis competenti juxta dispositionem et Ordinationem Judiciorum eorundem Tribunalitiorũ Lublinensium ad judicandum legitimè inciderit, Terminum juxta videlicet Actoreæ Partis Citationem Suprascriptam Decretum præsens, Motionem ab eodem per Actoream Partem interpositã et eidem delatam Termini Conservationem et præsentia Acta.

Porrò acclamare petierunt ijdem Actores Hæredes Villæ Bulowice collateraliter Citatos ad faciendos et sipandos atq de terra erigendos Scopulos à Bonis suis Actorum Villæ Nidek et proposuerunt contra eosdem Copiam Citationis seu Innotescentiæ Tenoris talis.

Franciscus à Dembiany Dembinski Succamerarius Terræ Cracoviensis, Bochnensis Vieliciensis &. Capitaneus. Vobis Magnificis Achacio Castellano Oswiecimensi Admodum Reverendo Stanislao Canonico Posnaniensi, Secretario Sacræ Regiæ Majestatis, et Generosis Mariano et Hieronimo à Przyłęk Przyłęckim tũ Magnificæ Mariannæ olim Generosi Hermolai Przyłęcki Rothmagistri S. R. Majestatis Filiæ et Successtrici legitimæ ac Unicæ Magnifici Christophori à Komorow Komorowski Capitanei Oswiecimensis Consorti legitimæ, atq Barbaræ Generosi olim Dembinski Petri, Cristinæ Generosi Adaviti Dembinski, Catharinæ olim Generosi Stanislai Vieyski Notarij Castrensis Sandecensis, Helisabethi olim Generosi Sebastiani Grodecki Conjugibus legitimis Przyłęckim Generosi olim Alexandri Przyłęcki Sororibus Germanis, Magnifici verò olim Mariani Przyłęcki Castellani Oswiecimensis steriliter vita functi Nepotibus et Neptibus Successoribusq legitimis, necnon Catharinæ à Rupniow prædicti olim Alexandri Przyłęcki relictæ Viduæ, atq Helisabethi in Wieprz Supradicti olim Magnifici Mariani Przyłęcki Castellani Oswiecimensis Consorti derelictæ, Bonorumq morte ipsius derelictorum Dominæ Reformatoriæ et Advitalitiali Bonorum Villæ Bulowice

Hæredibus seu alio quovis Iuris titulo Possessoribus tamen omnibus alijs Ius et interesse aliquod ad eadem Bona se habere prætendentibus, quorum Nomina et Cognomina pro expressis habere volumus, de his ac alijs Bonis universis generaliter omnibus mandamus, Ut coram Nobis seu Officio Nostro Succamerariali Feria Secunda post Festum Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis proximè hinc instans proxima in loco Campestri inter Hæreditates Villarum Nidek Generosorum Pauli et Alexandri olim Generosi Joannis Nidecki, tùm Joannis et Gaspari olim Generosi Sigismundi Nidecki Filiorum Fratrum inter se germanorum et Patruelium Actorum ex una, et Magnifica Helisabethis olim Magnifici Mariani Przyłęcki Castellani Oswiecimensis Consortis Relictæ Viduæ Bonorum Wieprz et Andrychow Hæredissæ de eisdem Bonis Citatæ ex altera Partibus. Ubi videlicet Suprascripti Nideccy Actores Nos seu Officium Nostrum locabunt. Ad Instantiam eorundem Generosorum Nideckich Actorum personaliter legitimè peremptorieq; Compareatis. Qui Vos tàm omnes conjunctim quàm quilibet eorum seorsim Suo pro interesse. Recedendo à quovis Processu anteriori in quovis Judicio et Officio Regni ratione infrascriptorum obtento, non autem à re ipsa principali nec à subsequenti Processu lucroq; Actoratus super Vobis in Judicio Terrestri Zathoriensi in Terminis Terrestribus Zathoriensibus proximè præteritis obtento, imò eandem sibi in pleno ac toto robore reservant: Viduas solas per se, Maritatas verò cum Maritorum Vestrorum uti Tutorum Conjugalium authoritate et assistentia Citant seu Adcitant alias przypozywaią Was ad aspiciendos Parietes Vestros et audiendum attendendumq; ipsos vigore præfati Actoratus contra præfatam Magnificam Castellanam Oswiecimensem Principalem et contra Vos tanquàm Collaterales obtenti ducere Nos seu Officium Nostrum et prosequi Granicies seu Limites faciendos Scopulos et alia Signa Metalia circa talia fieri solita et attentandum ipsos jurare cum Testibus super justa Sipatione Granicierum. Ideò ut Staretis et præmissa Judicialiter attentaretis, alias Nos non obstante Vestra absentia et Contumacia ad præfatam Limitationem ex Officio Nostro procedemus. Sitis igitur eum Terminum et præmissa omnia Judicialiter attentaturi. Datum in Grembosżow Residentiæ Nostræ Feria Secunda post Dominicam Conductus Paschæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto.

Et Dominus Camerarius Partium earundem Actoreæ quidem præsuprascriptorum Generosorum Pauli, Joannis et Gaspari Nideckich suo et Fratris sui nomine, Citatæ itidem videlicet Generosorum Mariani et Hieronimi Przyłęckich suo et aliorum suorum Cohæredum itidem nomine personaliter comparentium et controvertentium eo in consideratione habito: Quoniam Causa Principalis Granicierum Motione ad Tribunal Regni Lublinense interposita et delata, præoccupata pendet indecisa. Proindè Officium Succamerariale Campestre Graniciale Causam præsentem Collateralitatis tantisper suspendit et in suspenso fore et esse, decrevit præsentibusq; decernit Decreti sui vigore.

A quo igitur Decreto Suspensionis prænominata Pars Actorea illud pro Juridico non agnoscendo, Suprascriptum Generosum Thobiam Frydrychowski Camerarium Granicialem Ducatuum Zathoriensis et Oswiecimensis ad Judicium Tribunalitium Regni Lublinense proximè Lublini celebrandum Movit, Terminumq; eidem prosequendæ et continuandæ hujusmodi Motionis suæ et expurgandæ Sententiæ ipsius coram eisdem Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinensibus proximè Lublini celebrandis per Ministerialem Suprascriptum Joannem Krol præfixit et assignavit.

Quam Motionem Officium hoc idem præsens Succamerariale Campestre Graniciale eidem Actoreæ Parti admisit et Termino illius detulit.

Habent igitur et sunt habituræ memoratæ Partes utræq; coram eisdem Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinensibus proximè Lublini celebrandis tùnc dùm et quando Causa præsens ex Regestro Causarum Palatinatus Cracoviensis et Districtus Zathoriensis et Oswiecimensis competenti juxta dispositionem et Ordinationem Judiciorum eorundem Tribunalitiorum Lublinensium ad judicandum legitimè inciderit, Terminum juxta videlicet Actoreæ Partis Citationem suprascriptam Decretum præsens Motionem ab eadem per Actoream Partem interpositam et eidem delatam Termini conservationem et præsentia Acta.

Tandem instante Parte Actorea tùm dicto Magnifico Capitaneo Oswiecimensi Bonorum Villæ Gieraltowice Hærede, atq; Nobili Nicolao Maczowic Plenipotente Suprascriptæ Magnificæ Castellanæ Oswiecimensis perventum est ad Parietem Bonorum Villæ Głębowice Generosi Joannis Pissarzowski Notarij Terrestris Zathoriensis et Bonorum Villæ Gieraltowice ejusdem Magnifici Capitanei Oswiecimensis Hæreditariorum, atq; Bonorum Villæ Nidek Actoreæ Partis, prout eadem Actorea Pars affirmabat: Quo in loco post reassumptam per Dominum Camerarium Jurisdictionem suam Campestrem Granicialem et acclamationem Partium per Ministerialem Suprascriptum factam. Proposuit Actorea Pars contra Hæredes Bonorum eorundem Głębowice et Gieraltowice ex Copijs Citationum seu Innotescentiarum suarum. Et primo contra Generosum Joannem Pissarzowski Notarium Terrestrem Zathoriensem Bonorum Villæ Głębowice et aliorum Hæredem. Cujus Tenor sequitur talis.

Franciscus à Dembiany Dembinski Succamerarius Terræ Cracoviensis, Vieliciensis Bochniensis &c. Capitaneus. Tibi Generoso Joanni à Pissarzowice Pissarzowski Notario Terrestri Zathoriensi Bonorum Villarum Głębowice et Głębowiczki seu

Lary



Lary Hæredi de his ac alijs Bonis Tuis generaliter omnibus vigore Regio et Nostra Succamerariali authoritate Mandamus, Ut coram Nobis seu Officio Nostro Succamerariali in loco Campestri inter Hæreditates Villarum Nidek Generosorum Pauli et Alexandri olim Generosi Joannis Nidecki, tùm Joannis et Gaspari olim Generosi Sigismundi Nidecki Filiorum, Fratrum inter se germanorum et Patruelium Actorum ex una, et Bonorum Wieprz et Andrychow Magnificæ Helisabethis olim Magnifici Mariani Przyłęcki Castellani Oswiecimensis relictæ Consortis Partibus ex altera Citatæ. Ubi videlicet præfati Actores Generosi Nideccy Nos seu Officium Nostrum locabunt. Feria Secunda post Festum Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis proximè nunc instans proximâ. Ad Instantiam eorundem Generosorum Nideckich Actorum personaliter legitimè peremptorieq; Compareas. Qui Te tàm omnes conjunctim quàm quilibet eorum seorsim suo pro interesse Recedendo à quovis anteriori Processu ratione infrascriptorum in quovis Judicio et Officio Regni obtento non autem à re ipsa principali, quam sibi in pleno ac toto robore reservant, ad paratam Contumaciæ pœnam super Magnifico Christophoro Komorowski Capitaneo Oswiecimensi non multo ante tempore Bonorum Suprascriptorum Głębowice Hærede in Judicio Terrestri Zathoriensi obtentam Citant seu adcitant alias Przypozywaią Cie ad aspiciendum Parietem Tuum et ad videndum et audiendum attentandumq; ipsos vigore Actoratus contra præfatam Magnificam Castellanam Oswiecimensem principalem et contra Te tanquam Collateralem in Judicio Terrestri Zathoriensi in Terminis Terrestribus Zathoriensibus proximè præteritis obtenti ducere Officium et prosequi Granicies seu limites faciendos Scopulos et alia Signa Metalia circa talia fieri solita, et attentandum ipsos Jurare cum Testibus super justa Sipatione Granicierum ideò ut stares et præmissa attentares Judicialiter alias Nos non obstante Vestra absentia et Contumacia ad præfatam limitationem ex Officio Nostro procedemus. Sis igitur eum Terminum et præmissa omnia Judicialiter attentaturus. Datum in Grembosżow Residentiæ Nostræ Feria Secunda post Dominicam Conductus Paschæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto.

Porrò contra Suprascriptum Generosum Christophorum Komorowski Capitaneum Oswiecimensem Bonorum Gieraltowice Hæredem. Cujus itidem Tenor sequitur et est talis.

Franciscus à Dembiany Dembinski Succamerarius Terræ Cracoviensis Vieliciensis Bochniensis &c. Capitaneus. Tibi Magnifico Christophoro à Komorow Komorowski Oswiecimensi &c. Capitaneo, Bonorum Villæ Gieraltowice Hæredi de his ac alijs Bonis Tuis generaliter omnibus Mandamus, ut coram Nobis seu Officio Nostro Succamerariali in loco Campestri inter Hæreditates Bonorum Villæ Nidek, Generosorum Pauli et Alexandri olim Generosi Joannis Nidecki, tùm Joannis et Gaspari olim Generosi Sigismundi Nidecki Filiorum, Fratrum inter se germanorum et Patruelium Actorum Hæreditariorum ab una, et Bonorum Villæ Wieprz et Andrychow Magnificæ Helisabethis olim Magnifici Mariani Przyłęcki Castellani Oswiecimensis Consortis relictæ Bonorum eorundem Hæredissæ partibus ex altera Citatæ. Ubi videlicet præfati Nideccy Actores Nos seu Officium Nostrum Feria Secunda post Festum Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis proximè nunc instans proxima locabunt. Ad Instantiam eorundem Generosorum Nideckich Actorum personaliter legitimè peremptorieq; Compareas. Qui Te tàm omnes conjunctim quàm quilibet eorum seorsim suo pro interesse Citant seu adcitant alias Przypozywaią Cie Recedendo à quovis anteriori processu ratione infrascriptorum in quovis Judicio et Officio Regni obtento, non autem à re ipsa principali quam sibi pleno ac toto in robore reservant ad aspiciendum Parietem Tuum et ad videndum attentandumq; ipsos vigore Actoratûs contra præfatam Magnificam Castellanam Oswiecimensem Principalem et contra Te tanquam Collateralem in Judicio Terrestri Zathoriensi in Terminis Terrestribus Zathoriensibus proximè præteritis obtenti ducere Officium et prosequi Granicies seu limites faciendos Scopulos et alia Signa Metalia circa talia fieri solita, et attentandum ipsos Jurare cum Testibus super justa Sipatione Granicierum, ideò ut stares et præmissa Judicialiter attentares, aliàs Nos non obstante tua absentia et Contumacia ad præfatam Limitationem ex Officio Nostro procedemus. Sis igitur eum Terminum et præmissa omnia Judicialiter attentaturus. Datum in Grembosżow Residentiæ Nostræ Feria Secunda post Dominicam Conductus Paschæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto.

Verùm Pars Citata Collateralis idest Generosus Joannes de Pissarzowice Pissarzowski Notarius Terrestris Ducatuum Zathoriensis et Oswiecimensis in Głębowice Hæres, Salvis omnibus Juris beneficijs in pleno robore reservatis de Jure reservandis nullis omissis, dixit non posse Officium Succamerariale hoc in loco fundationem Jurisdictionis Suæ his ex rationibus determinare. **Prima**: quoniam Causa cum Parte principaliter Citata et cum parte Collaterali ubi fundata est Jurisdictio in Termino à quo non est determinata, imò in Motione ad Tribunal Regni per partem Actoream interposita pendet. Post ejusmodi verò interpositam et delatam Motionem ullo modo Officium Succamerariale ulterius ad Terminum ad quem prout producere tantò magis fundare Jurisdictionem neq; ex Lege publica neq; ex consuetudine neq; ex praxi Juridica potest quousq; Causa cum Parte principali Citata et alijs Collateralibus decisa fuerit. **Secunda**: produxit Authenticè Literas Granicierum inter Bona Głębowice Gieraltowice et Wieprz in Anno Millesimo Sexcentesimo Quarto expeditarum et Jura:

mento comprobatarum, ex quibus manifestè constat quòd eo in loco Villa Głębowice nullam Contiguitatem cum Villa Nidek Actorum Hæreditaria habet, tantummodò cum Bonis Villæ Gierałtowice et Wieprz prout ex eisdem Literis Granicierum manifestè constat, ideò non solummodò eo in loco ubi erectus est Scopulus Parietalis in numero Vigesimus Secundus inter Bona suprascripta Głębowice et Gierałtowice quo in loco Pars Actorea intendit locare Officium Succamerariale, sed nullibi suprascriptus collateraliter Citatus Parietem Actoribus agnoscit propter Villæ Gierałtowice et Villæ Wieprz. Tertia: produxit Authenticè idem Citatus Literas Granicierum, quæ sunt in Anno Millesimo Quingentesimo Sexagesimo expeditæ inter Bona Nidek Actorum Hæreditaria et Villam Osiek ad Villam Głębowice Citati Hæreditariam, à quibus quidem Scopulis Tribus Angularibus prædicta Bona dislimitando recto tramite currunt Scopuli Parietales in numero Triginta et unus usq; ad viam quæ currit ex Villa suprascripta Osiek ad Villam Nidek usq; ad fagum in qua sunt Signa Granicialia, ab eadem Fago currunt Scopuli parietales usq; ad tres Scopulos Angulares Villas Wieprz, Głębowice, Nidek distinguentes et dislimitantes, eo in loco Pars Citata agnoscit tantùm et non alibi Actoribus Collateralitatem. Quarta: produxit Citatus Authenticè probationem suprascriptarum Literarum Granicialium per Antecessores Actorum Hæredes Villæ Nidek in Anno Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Tertio. His deductis Authenticis Documentis et alijs plurimis rationibus, petijt Citatus ut Officium Succamerariale à fundatione Jurisdictionis suæ et ulteriori processu Causæ præsentis supersederet tantisper quousq; Causa cum principali Citata et ejus Collateralibus decisa fuerit, proindè petijt se à Causa præsenti liberum pronuntiari. Salvis ut supra Juris beneficijs.

Prænominatus similiter Magnificus Capitaneus Oswiecimensis Villæ Nidek parietem eo loco non agnoscendo, sed tantummodò Bonorum Villarum Głębowice et Wieprz, dixit non posse Officium Succamerariale ulterius procedere, quousq; Causa cum principaliter Citata decisa non fuerit; petens se à Causa præsenti liberum pronunciari Juribus et probationibus tempore et loco suis inferendis salvis præcustoditis.

Prænominati itidem Generosi Paulus, Joannes, Gasparus et Alexander Nideccy Fratres inter se germani tàm contra eundem Generosum Notarium Terrestrem Zathoriensem Bonorum Villæ Głębowice Possessorem, quàm et Magnificum Capitaneum Oswiecimensem quòd Officium Succamerariale præsens eo loci merè, justè et legitimè locaverunt, frustraq; se tutari eundem Generosum Notarium Actis Granicialibus dixerunt. Cum Pars Actorea seu ijdem Protestantes pro loci, temporis et Causæ præsentis exigentia de invaliditate assertorum Documentorum Granicialium per eundem Notarium Terrestrem Zathoriensem reproductorum experiri sunt parati, reprotestati sunt Juris omnibus beneficijs sibi pleno in robore reservatis salvis.

Et Dominus Camerarius Partium earundem tàm Actoreæ quàm Citatæ videlicet Magnifici Capitanei Oswiecimensis et Generosi Notarij Terrestris Zathoriensis personaliter comparentium Controversijs et Protestationibus ea in Causa factis exauditis et trutinatis eo attento: Licet quidem ijdem Hæredes Bonorum Villarum Głębowice et Gierałtowice Parietem Parti Actoreæ non agnoscunt, sed Magnificæ Castellanæ Oswiecimensi ratione cujus Actorea Pars experiri Jure intendit. Verum quoniam Actio principalis Granicierum cum Magnifica Castellana Oswiecimensi Bonorum dictorum Villæ Wieprz Hæredissa à Decreto suprascripto dilatio major concessa per Actoream Partem ad Tribunal Regni Lublinense interposita dependet. Idcircò non condescendendo ad præsens in legalitatem Jurium et cognitionem Parietum, defensisq; Partium non derogando, Causa præsens Collateralitatis itidem prout cum Hæredibus Villæ Bulowice collateraliter Citatis tantisper suspendit, et in suspenso fore et esse sententiavit, Decreto præsenti in id mediante.

A quo Decreto Suspensionis Actorea Pars, Citata verò à non decreta libertate illud pro Juridico non agnoscendo: Suprascriptum Generosum Thobiam Frydrychowski Camerarium Granicialem Ducatuum Zathoriensis et Oswiecimensis ad Judicia Ordinaria Tribunalitia Regni Lublinensia proximè Lublini celebranda Movit, Terminumq; eidem prosequendæ et continuandæ hujusmodi Motionis suæ et expurgandæ Sententiæ ipsius coram eisdem Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinensib; per Ministerialem suprascriptum Joannem Krol præfixit et assignavit.

Quam Motionem Officium præsens Succamerariale Campestre Graniciale Partibus eisdem utrisq; ex rationibus præallegatis admisit et Termino illorum detulit.

Habent igitur et sunt habituræ Partes memoratæ utræq; coram eisdem Judicijs Tribunalitijs Regni Lublinensibus proximè Lublini celebrandis tunc dùm et quando Causa præsens ex Regestro Causarum Palatinatus Cracoviensis et Districtus Zathoriensis et Oswiecimensis competenti juxta videlicet Actoreæ Partis Citationem suprascriptam, Decretum præsens, Motionem ab eodem per utramq; Partem interpositam et delatam, Termini conservationem et præsentia Acta.

De cujus Motionis Parti Citatæ admissione præfata Pars Actorea contra Officium leve Succamerariale protestata est.

Officium similiter Succamerariale se meritò et de Jure eandem Motionem detulisse contra Partem Actoream Reprotestatum est.

Tandem in continenti Nobilis Nicolaus Włosowicz Plenipotens suprascriptæ Magnificæ Castellanæ Oswiecimensis coram eodem Officio Succamerariali personaliter

Comparens



Comparens solenniter Nomine ipsius in et contra Actoream Partem videlicet Generosos Nideckie protestatus et manifestatus est ideò. Quia ipsi Scopulum Villæ Wieprz in concurrentia Scopulorum Villæ Gierałtowice Magnifici Christophori à Komorow Komorowski Capitanei Oswiecimensis Hæreditariæ et Bonorum Villæ Głębowice Generosi Joannis Pisarzowski Notarij Terrestris Zathoriensis Itidem Hæreditariæ ad Villam præfatam Nidek suam Hæreditariam usurpare et agnoscere intendunt. Qui præfati Nideccy nullam contiguitatem et nullum parietem cum Bonis Gierałtowice et Głębowice habent propter Scopulum Parietalem Villæ præfatæ Wieprz quod suprascripti tàm Magnificus Capitaneus Oswiecimensis quàm et Generosus Notarius Terrestris Zathoriensis personaliter stantes, coram eodem Generoso Camerario Graniciali Zathoriensi nulli alteri eorum præterquam solimet Magnificæ Castellanæ Oswiecimensi Bonorum Villæ Wieprz Hæredissæ Scopulum seu Parietem agnoscebant. Quapropter suprascriptus Plenipotens nomine suprascriptæ Magnificæ Principalis suæ præcavendo indemnitati Fundi et Scopuli Parietalis Villæ Wieprz ex Antiquo ad Villam Wieprz spectantis et pertinentis iterùm atq; iterum protestabatur et protestatus est.

Porrò suprascripti Generosi Paulus Joannes Gaspar et Alexander Nideccy Fratres inter se germani contra eandem Magnificam Castellanam Oswiecimensem frustra et impertinenter se eo loci ad Causam eandem indicens ex eo. Quod eo loci Scopulus Bonorum Villæ Wieprz nulliter non adcitatis ijsdem Protestantibus in præjudicium Fundorum, Stagnorum tàm per Magnificam Castellanam Oswiecimensem quàm et Possessores anteactos Głębowic et ad præsens occupatorum sit erectus, de invaliditate et nullitate ejusdem Scopuli et experimento eorundem nulliter occupatorum solenniter Reprotestati sunt. Actum & Datum die Anno, loco quibus supra.

Oblata Ejusdem Actus Granicialis ad Acta Terrestria Zathoriensia Feria Quinta intra quatuor tempora post Festum Solenne Sacri Pentecosten proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo.

## Kopia Intercyzy między JMcią Panem Sędzią Zatorskim a JMcią Panem Przyłęckim względem Dyfferencyi Granic od Wieprza iak iść maią.

Przez wynalazek y decyzyą Przyiacielską między Jegomcią Panem Ignem na Pisarzowicach Pisarzowskim Sędzią Ziemskim Xięstwa Zatorskiego y Oswiecimskiego Wsi Głębowic Dziedzicem z iedney, a Jegomcią Panem Hieronimem z Przyłęka Przyłęckim Wsi Wieprza y Andrychowa Dziedzicem z drugiey strony w Dyfferencyach Gruntowych między Dobrami wyżey pomienionemi takowe stanęło postanowienie. Ponieważ między temi Dobrami to iest Głębowicami naonczas in Possessione Urodzonego Matyasza Gierałtowskiego będącemi z iedney, a Wsi Nidku Urodzonych Jana, Leonarta, y Jerzyka Nideckich Dziedziczną de Data in Oswiecim we Wtorek pierwszy po Swiętym Janie Krzcicielu Roku 1560. Granicami uczynionych, w ktorym opisaniu Granic począwszy od Narożnikow iednego Nideckiego drugiego Głębowskiego od Sciany Wsi Osieka, trzeciego między temiż Dobry Głębowicami a Nidkiem Granice idą aż do Kopca w liczbie Trzydziestego Jednego przy ktorym dlatego że ta Sciana Głębowska Nidecka y Wieprzowska ktora iuż zachodziła o Kopce Narożne dostatecznego postanowienia nie miały Kopcow Narożnich nie usypali. Jakoż potym in Anno 1593. in Terminis Zathoriensibus Feria Quinta intra Quatuor Tempora post Exaltationem Sanctæ Crucis proxima Approbatio eorundem Scopulorum et Limitum per Generosum Paulum Gierałtowski in Głębowice Hæredem et Generosum Sigismundum Nidecki suo et Joannis Fratris sui germani Nomine facta latiùs præmissa obloquitur. Tedy między temi Dobrami Wsią Głębowicami Jegomści Pana Sędziego Ziemskiego Zatorskiego y Oswiecimskiego Dziedziczną, a Wsią Wieprzem Jegomści Pana Hieronima z Przyłęka Przyłęckiego także Dziedziczną Granice iść maią. Nayprzod Strony obiedwie wyżey mianowane mutuis Sumptibus po skończeniu Sprawy Graniczney ktorą intentowali IchMc Panowie Nideccy od Nidku y Sciany Bulowskiey JeyMci Pani Helżbiecie naonczas Matżonce niegdy Wielmożnego JegoMści Pana Maryana z Przyłęka Przyłęckiego Kasztelana Oswiecimskiego iako Dziedziczney naonczas Wsi Wieprza y Urząd Podkomorski Xięstwa Zatorskiego y Oswiecimskiego wywieśc, y wziąwszy dukt od Kopcow Narożnich Dobra Głębowice z Gierałtowicami przy Scienie Wieprzowskiey rozgraniczaiące ku Zachodowi Słońca prosto nad Rzeką y Stawami do Wieprza należącemi nie udaiąc się ani na Prawą y lewą Stronę te Granice do Narożnikow także Wieprzowskiego Głębowskiego przy Scienie y Narożniku teyże Wsi Nidku prowadzić y tam one skończyć. Ktorą Decyzyą y wynalazek Przyiacielski IchMc

Strony obiedwie pro rato et grato przyimuią, y pod Szkodami Ziemskiemi ad Sim:
plicem Verbi assertionem Sine Corporali Juramento waruią strzymac y ziscic
Sobie powinni będą. Naco sie Rękami swemi własnemi podpisali przy piecz:
ciach swoich. Działo sie na polu tychże Roznic między Dobry wyżey mianowa:
nemi w Poniedziałek po Swięcie Przenayswiętszey y Nierozdzielney Troycy
bliski Roku Panskiego Tysiącznego Szescsetnego Szescdziesiątego Piątego.

Jan w Pissarzowicach Pissarzowski
Sędzia Ziemski Xk. Zator y Oswiecim. (Locus Sigilli)

Jarosz z Przyłęka
Przyłęcki manu ppria. (Locus Sigilli)

Podana iest ta Intercyza per Oblatam do Grodu Oswiecimskiego Feria Tertia post Festum
SS. Trium Regum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto.

## G. Joannes Nidecki G.so Judici Terrestri Zathorien. & Oswiecimensi Agrum Donat & Cedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castren. Capitane:
alibus Oswiecimensibus Nobilis Joannes de Nidek Nidecki Sortium sua:
rum in eadem Villa Haeres Sanus mente et Corpore existens. Recedendo
a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq Suis quibusvis proprijs et com:
petentibus se verò cum Successoribus ac Bonis Suis omnibus Jurisdictioni
Officij praesentis Castrensis Capitan. Oswiecimensis quo ad actum praesente
attinet totaliter et plenariè incorporando atq Subijciendo palam liberè ac
per expressum recognovit. Quia Generoso Joanni in Pissarzowice Pissarzow:
ski Judici Terrestri Ducatuu Zathoriensis et Oswiecimensis Sacrae Regiae Ma:
jestatis Secretario et ipsius Successoribus Bonorum suorum Haereditariorum
In Villa Nidek existentium Sortem infrascriptam videlicet totum et integru
Agrum Cmethonalem ad praesens desertum cum Gazis in eodem Agro existenti:
bus desolatis et Inquilino ibidem commorante dicto Sebastiano cum Villagio di:
cto Nawsiem in Palatinatu Cracoviensi et Ducatu Oswiecimensi seu Zathori:
ensi consistentem vulgariter dictum Rola Wieczorkowska alias Staszkowska,
Cujus Agri protensio inhoatur prout et aliorum Agrorum in vicinio existentiu
à Via quae per Villam Nidek currit et prope eandem viam Casae memoratae con:
structae existunt. protenditur verò ejusdem Agri Longitudo usq ad Granicies
Villae Glembowice Generosi Judicis Zathoriensis et Oswiecimensis Haereditariae
in latitudinem verò intra Metas seu Miedze Agrorum dictorum ex una parte
Agri Melchioris alias Malchera dicti Subditi Successorum Nobilis olim Gaspa:
ri Nidecki, ex altera parte Agri Wartalowska dicti Subditi Sui extenditur cu
toto Jure et Dominio proprietate Haereditate tituloq Haereditario omnibusq et
Singulis ejusdem Agri fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, piscinis,
Stagnis, pratis, pascuis, nemoribus Virgultis, Gaijs attinentijsq et pertinentijs
generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se suisq Successoribus
aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et Singulis in Specie com:
prehensis generi per Speciem et è contra non derogando. Verùm ita latè longe
circumferentialiterq prout ejusdem Agri Haereditas se in suis metis et limitib
extendit et continetur. Et prout eundem Agrum ipsemet Recognoscens solus
tenuit habuit et possedit tenereq habere et possidere debuit, ac ipsum concer:
nebat, eidemq legitimè serviebat. Jam exnunc et de facto dedit donavit ac ti:
tulo purae et irrevocabilis Donationis inscripsit et resignavit prout praesenti:
bus dat, donat, ac titulo purae et irrevocabilis Donationis inscribit et resignat
praesentibus perpetuo et in aevum irrevocabiliterq, ac de omnibus Juribus
et Inscriptionibus quibusvis tùm de Intercisa Oswiecimi ex Interesse Sui
Recognoscentis et Filij Sui Francisci ex una et Generosi Alexandri Nidecki ex
altera partibus confecta Vadio Trecentorum Florenorum firmata ejusq Inscri:
ptione Castrensi Capitaneali Oswiecimensi Sub Actu Feria Tertia ante Festum
Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo Roborata Sibi ad Agrum eundem modo quo:
vis servienti Cessit et Condescendit prout Cedit et condescendit praesentibus perpe:
tuo. Et jam exnunc idem Recognoscens Nobilis Joannes Nidecki dat et admit:
tit praesentibus praenominato Generoso Joanni Pissarzowski Judici Terrestri
Ducatuum Zathoriensis et Oswiecimensis et ipsius Successoribus in Agrum Su:
prascriptum praesentibus Donatum et Jura modo praemisso abscessa realem
Intromissionem et Actualem pacificamq Possessionem cum praesentaneo usu:
fructu quandocunq voluerit acceptandam per Ministerialem quemcunq si:
bi ad id duxerit eligendum, jam exnunc ipsi ab Officio praesenti additum. Per
ipsum Generosum Joannem Pissarzowski Judicem Terrestrem Zathoriensem
et Oswiecimensem et ejus Successores tanquàm veros et legitimos Haeredes A:
grum Suprascriptum praesentibus Donatum juraq abscessa Jure Haereditario
tenendi habendi possidendi pacificeq et quietè utifruendi in Suorq et suorum
Successorum beneplacitos quosvis usus liberè convertendi temporibus perpetu:
is. Debetq et tenebitur praedictus Recognoscens Nobilis Joannes Nidecki prout
se et suos Successores de et super Bonis suis generaliter omnibus habitis et ha:
bendis Suprascripto Generoso Joanni Pissarzowski Judici Terrestri Zathoriensi
et Oswiecimensi inscribit et obligat praesentibus ipsum et ejus Successores in di:
cto Agro praesentibus Donato Juribusq abscessis et occasione ejusdem Agri Juriumq
praesentium abscessione tàm in toto quàm in parte ab omni impetitione Juridica
quarum:



quarumcunq Personarum Status, sexus et Conditionis cujusvis existentium per oēs
praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet Personam Terrestris pertinet prae:
scriptio in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit, tueri defende:
re evincere et intercedere indemnemq ipsum et ejus Successores indemnes reddere.
Necnon Agrum praenominatum praesentibus donatum et Jura abscessa tàm in toto
quàm in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus etiã
ab Inscriptionibus Reemptionalibus Censibus exindè promanantibus, tùm Dotum
dotalitiorum Advitalitatum provisionumq quarumvis, tùm etiam à quibusvis Ci:
tationibus in hunc eundem Agrum praesentibus donatum et Jura abscessa importa:
tis et importandis. Lucris deniq et perlucris ac processibus Juris quibusvis in eodẽ
Agro praesentibus donato Juribusq abscessis obtentis et obtinendis in quocunq pun:
cto et gradu Juris dependentibus emundare et eliberare, mundaq et libera semper
facere, ita ut eundem Agrum praesentibus Donatum et Jura suprascripta absces:
sa tàm in toto quàm in parte praedictus Joannes Pissarzowski Judex Terrestris Za:
thoriensis et Oswiecimensis suis cum Successoribus quietè et pacificè vigore In:
scriptionis praesentis Donatoriae et Jurium abscessorum tenere et possidere que:
at temporibus perpetuis, excepta Inscriptione Officij Castren. Capitan. Oswie:
cimensis per eundem Recognoscentem Nobili Alexandro Nidecki super A:
grum Suprascriptum in Summa Trecentorum Florenorum pecuniae polo:
nicalis modo Obligatorio inscripta et recognita, a qua Inscriptione et Summa
idem Generosus Joannes Pissarzowski Judex Terrestris Zathoriensis et Oswie:
cimensis et ejus Successores eundem Agrum sibi emundare et eliberare te:
nebitur, nec sub evictionem praesentem cadere eadem Inscriptio et Summa
debebit. Nec debet praedictus Recognoscens Nobilis Joannes Nidecki suis
cum Successoribus praedicto Generoso Joanni Pissarzowski Judici Terre:
stri Zathoriensi et Oswiecimensi et ipsius Successoribus Agri praefati Intromis:
sionem et Possessionem coram Officio praesenti admissam in eodem Agro praesen:
tibus Donato et Juribus abscessis denegare, imò tenebitur suis cum Successoribus ean:
dem effectualiter tàm in toto quàm in parte dare et liberè admittere datamq et
admissam quovis modo tàm per se quàm per suas quasvis submissas et subordi:
natas Personas non adimere nec praepedire, ac in praenominato Agro praesentibus
Donato et Juribus abscessis ipsum et ejus Successores tàm in toto quàm in quavis
minima parte perpetuo non injuriari. Idq Sub Damnis Terrestribus ad simplicẽ
Verbi assertionem Sine Corporali Juramento taxandis et edicendis. per praedictũ
Recognoscentem Nobilem Joannem Nidecki et ipsius Successores praenomina:
to Joanni Pissarzowski Judici Terrestri Zathoriensi et Oswiecimensi et ipsius
Successoribus in casu non completionis praemissorum omnium et singulorum
tàm in toto quàm in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad solvendũ
succubitis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus praefatis taliter ad solvendũ
succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa Citatus existẽs
memoratus Recognoscens Nobilis Joannes Nidecki vel ejus Successores Citati.
Ad Instantiam Generosi Joannis in Pissarzowice Pissarzowski Judicis Terre:
stris Zathoriensis et Oswiecimensis vel ejus Successorum ad Officium Castren.
Capitaneale Cracoviense vel Officium praesens Castrense Capitan. Oswiecimen.
Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusquè
Suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis
Suis omnibus Jurisdictioni Officij illius ad quod ex praemissis vigore Inscriptionis prae:
sentis Citabitur vel ejus Successores Citabuntur, quo ad respondendum et Inscripti:
oni praesenti in toto satisfaciendum plenariè incorporando. In primo Citationis
Termino tanquàm peremptorio, stare parere respondere Pro Damnisq Terrestri:
bus praefatis ac re ipsa principali pro qua ex praemissis non completa Citabitur
vel ejus Successores Citabuntur tàm in toto quàm in parte toties quoties opus et neces:
se fuerit satisfacere debebit et tenebitur, seq ac Posteros suos obligat. Ipsum primum
peremptorium Terminum et alios omnes consequentes Causae ejusdem Terminos sem:
per peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatio:
ne intra vel extra Regnum servitio Militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis
legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Quietationem ultra
spatium duarum Septimanarũ Officij praefati Castrensis Capitanealis Cracovien.
vel ultra proximos Terminos Querelarum seu Causarũ Officij praesentis Castren.
Capitanealis Oswiecimen. dilationem sibi non recipiendo. Nullasq Motiones Appel:
lationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus
vel Triplicatis evasionibus fatalijs Juris praescriptione Terrestri bello Conventioneq
et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. praesenti Inscriptio:
ne ad praemissa mediante.

Actum in Castro Oswiecimensi Feria Quinta post Domini:
cam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Mil:
lesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Haec Inscriptio Donatoria porrecta est ad Acta Terrestria Zathoriensia Feria
Quarta intra Quatuor Tempora post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo.

# Admissa Intromissio G.so Judici Terrestri Zathor & Oswiecim. per G.sū Joannem Nidecki in Agru eun.

Ministerialis Generalis Regni Providus Joannes Filipczyk de Glombowice cū Nobilibus Alberto Wywialinski et Michaele Luszczenski personaliter stans coram Officio Actisq. præsentibus Castren. Capitan. Oswiecimensibus palam libere recognovit: Quia die hesterna proximè præterita Generosum Joannem in Pissarzowice Pissarzowski Judicem Terrestrem Ducatuum Zathoriensis et Oswiecimens. Sacræ Regiæ Majestatis Secretarium in Bona infrascripta videlicet totum et integrum Agrum Cmethonalem ad præsens desertum in Sortibus Hæreditarijs Nobilis Joannis Nidecki in Villa Nidek existentem cum Casis in eodem Agro existentibus desolatis et Inquilino ibidem commoranti dicto Sebastiano cum Villagio dicto Nawsie in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Oswiecimensi consistens vulgariter nuncupatum Rola Wieczorkowska alias Staszkowska, cujus Agri protensio inhoatur (: prout et aliorum Agrorum in vicinio existentium:) à via quæ per Villam Nidek currit, et propè eandem viam Casæ memoratæ constructæ existunt, protenditur verò ejusdem Agri longitudo usq. ad Granicies Villæ Glombowice Generosi Judicis Terrestris Zathoriensis et Oswiecimensis Hæreditariæ, in latitudinem verò intra Metas seu Miedze Agrorum dictorum, ex una parte Agri Melchioris alias Malchera dicti Subditi Successorum Nobilis olim Gaspari Nidecki, ex altera parte Agri Wartalowska dicti Subditi sui extenditur cum toto Iure Dominio proprietate Hæreditate tituloq. Hæreditario omnibusq. et singulis ejusdem Agri fructibus proventibus redditibus, emolumentis piscinis Stagnis pratis pascuis Nemoribus Virgultis Gajis attinentijsq. et pertinentijs generaliter omnibus nullis penitus exceptis realiter et defacto intromiserunt, realemq. Possessionem ejusdem Agri integri cum præsentaneo usufructu eidem Generoso Joanni Pissarzowski Judici Terrestri Zathoriensi seu Oswiecimensi assignaverunt, et obedientiam Subditis ad hunc eundem Agrum spectantibus et pertinentibus quam in instanti præstiterunt, injunxerunt et demandaverunt. Idq. vigore Inscriptionis Officij præsentis Castrensis Capitanealis Oswiecimensis per Suprascriptum Generosum Joannem Nidecki super præfatas Sortes suas videlicet Agrum integrum Cmethonalem ut præmissum est, prænominato Generoso Joanni Pissarzowski Judici Terrestri Zathoriensi et Oswiecimensi sub Actu Feria Quinta post Dominicam Judica Quadragesimalem proximè præteritam proxima factæ et recognitæ, latius præmissa in suo tenore tractantis. Nemine eandem Intromissionem denegante cum Possessione, imò Suprascripto Nobili Joanne Nidecki in Bonis ijsdem superspecificatis personaliter existente eidem prænominato Generoso Judici Terrestri Zathoriensi et Oswiecimensi ultro et benevole dante admittente Consentienteque.

Actum in Castro Oswiecimensi Sabbatho ante Dominicam Ramispalmarum proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

# INWENTARZ

## Poddanych Glombowskich y powinnosci ich Anno Domini 1659. & Anno D.ni 1661. Spisany.

### Kmiecie.

| | Czynszu. | | | Ospu | | Kapłony | Jaia | Sztuki | Dni w tydzień | Bydłem do roku | Piesza do roku | Płaci za roba: czynsz złote | We zniwa dni płacowych robocizna | Do krakowa |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. Marcin Piekarzow | 1. | 6. | 12. | 2. | 5. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 2. Herma | 1. | 6. | 12. | 2. | 5. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 3. Marcin Micek | 1. | 6. | 12. | 3. | 4. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 4. Jan Klimek | -- | 15. | -- | 1. | 1. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 5. Jan Filipczyk | 1 | -- | -- | 1. | 2. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 6. Maciey Woycik | 1. | 6. | 12. | 2. | 4. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 7. Jakub Klimek | -- | 15. | -- | 2. | 2. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 8. Jan Woycik | -- | 15. | -- | 2. | 2. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 9. Bartosz Nykłow | 1. | -- | -- | 2. | 6. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 10. Skirek | -- | 18. | 12. | 1½ | 1½ | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 11. Mikołay Szwiec | -- | 20. | -- | 1½ | 1½ | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 12. Grygier Kuwik | -- | 18. | 12. | 3. | 2. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 13. Maciey Gora | 1. | -- | -- | 4. | 3. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 14. Michał Micek | -- | 18. | 12. | 1½ | 2. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 15. Woyciech Piwowarczyk | -- | 18. | 12. | 1½ | 2. | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 16. Szymon Kuwik | -- | 15. | -- | -- | -- | 5. | 30. | 1. | 3. | -- | -- | 30. | 4. | |
| 17. Stas Kowal | 1. | 8. | 12. | 2. | 3. | 5. | 30. | 1. | 5. | -- | -- | 50. | 4. | |

18. Stanisław



18. Stanisław

| | Czynsz | | | Osep | | Kap: | Jaia | Szt: | Dni | Bydłem do roku | Piesza do roku | Płaci za robocizne złote | We zniwa dni | Do krakowa |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 18. Stanisław Stanclik | 1. | 14. | -- | 3¾ | 4⅘ | 5. | 30. | 1. | 5. | | | | | |
| 19. Piotr Woynarczyk | -- | 18. | -- | 1½ | 2. | 5. | 30. | 1. | 3. | -- | -- | 30. | 4. | |
| 20. Jan Kania | 1. | 6. | -- | 3. | 4. | 5. | 30. | 1. | 4. | | | | | |
| 21. Andrzey Piekarz | 1. | 14. | 12. | 3¾ | 4⅘ | 5. | 30. | 1. | 3. | | | | | |
| 22. Kaczmarz | 1. | 6. | -- | 1½ | 2. | 5. | 30. | 1. | -- | 8. | 6. | 42. | 6. | 1. |
| Latus | 12. | 11/24 | 74. | 44. | 61. | 110. | kop 11. | 22. | | | | | | |

### Młynarze.

| | Czynsz | | | Osep | | Kap: | Jaia | Szt: | Dni | Bydłem do roku | Piesza do roku | Płaci za robocizne złote |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Młynarz Gorni | -- | -- | -- | -- | -- | 5. | 30. | 1. | 2 | -- | -- | 12. |
| Młynarz dolni | -- | -- | -- | -- | -- | 5. | 30. | 1. | 2 | -- | -- | 15. |

Ci powinni wszytkę poprawę do Dwora.

### Zagrodnicy.

| | Czynsz: Grosze | Kury | Kapł: | Jaia | Sztuki | Dni |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. Andrzey Włodarczyk | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 2. Marcin Grzegorzow | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 3. Szymon Baron | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 4. Woytek Szymkow | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 5. Jakub Niezgoda | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 6. Mikołay Kania | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 7. Wawrzek Towuk | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 8. Maciey Gora | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 9. Andrzey Gora | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 10. Piwowar | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |
| 11. Stas Michałkow | 10. | 6. | 2. | 30. | 1. | 4. |

Ci Zagrodnicy na Wiosnę y pod Jesien Bydłem po dwa dni przez Niedziel Osm robic maią.

### Zagrodnicy mnieysi.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. Malara | Czynszu groszy | 15. | we zniwa dni | 8. | płatu Zł. | 15. |
| 2. Woytek Kucharczyk | Czyn: gr: | 15. | we zniwa dni | 8. | płatu Zł. | 15. |
| 3. Wilk | -- | 15. | -- | -- | -- | -- |

Powinni robic do S. Woyciecha od S. Marcina po dni 2. a od S. Woyciecha do S. Marcina po trzy Dni w Tydzien. Na Wiosnę y Jesien po dniu bydłem: albo dwa piesze. We Zniwa przez Niedziel Osm po dwoygu dzien: albo po iednemu dwa dni, gdy napłacie nie bedą.

### Zagrodnicy mali.

| | Złote | Grosze | Dni | Pieszowe Zniwa |
|---|---|---|---|---|
| 1. Marcin Krawiec | -- | 15. | 2. | 8. |
| 2. Drabek od S. Woyciecha trzy dni w tydzien | -- | 15. | 2. | 8. |
| 3. Jan Syn Pawłow kur 4. kapłonow 2. | 1. | 6. | 2. | |
| 4. Jędrzey Kowalow Brat | 1. | 6. | 2. | |
| 5. Waciga nie robi Stawowym iest | 1. | 6. | 2. | |
| 6. Woyciech Kucharczyk z Frydrychowic Grabowski | 1. | 6. | 2. | płatu 8. |
| 7. Marcin Kowal, a gdy nie napłacie dni dwa robi | 1. | 6. | 2 | płatu 10. |
| 8. Bartosz Kołodziey | 1. | 6. | 2. | |
| 9. Piotr Serwatka | 1. | 6. | 2. | |
| 10. Woytek Ochmanczyk | 1. | 6. | 2. | |
| 11. Jan Kuwik | 1. | 6. | 2. | |

### Chałupnicy więksi.

| | Złote | Grosze | Dni |
|---|---|---|---|
| 1. Jurek Kempa | -- | 15. | 1. |
| 2. Grygier Stanclik | 1. | 6. | 1. |
| 3. Grabowskiego. Zapisana na Organisty | -- | -- | -- |
| 4. Grzes Gora | -- | 15. | 1. |
| 5. Grzes Domasik. Gumienny | 1. | 15. | 1. |
| 6. Marcin Szwiec | 1. | 6. | 1. |

### Chałupnicy mnieysi.

| | Dni |
|---|---|
| 1. Grzes Jędryskow | 1. |
| 2. Błazey Jop | 1. |
| 3. Cygańska | 1. |
| 4. Marcin Woycik | 1. |
| 5. Mika Kasztelan | 1. |
| 6. Marcin Jędryszkow | 1. |
| 7. Maciek Knap | 1. |
| 8. Piotr Długi | 1. |
| 9. Jurek Kołodziey | 1. |
| 10. Grzes Woynarczyk | 1. |
| 11. Forytarzowa | 1. |
| 12. Grygier Włoch | 1. |
| 13. Jan Grochal | 1. |
| 14. Jurek Matyszow | 1. |
| 15. Inderkosz | 1. |

Ci gdy napłacie byli we Zniwa Dni Szesc odbydz powinni.

**Komornika** na tenczas de Cognomine wyrażonego znaydowało sie in Numero 14.

## Inwentarz Stawow Głębowskich y Osada ich.

| | Stopniki | Kroczki | Młode | | Stop. | Krocz. | Mł. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Kobiałka kop. | 3¼ | | | Do Granicznego. | | 10. | |
| Przed Biskupa w Młynski. | 6. | | | Do Cyganowskiego. | | | 9. |
| Przed Jaszy. | 8. | | | Nad Cyganowski. | | | 3. |
| Przed Micka kop. | 3. | | | Do Wielkiey Zawady. | 2. | | |
| Przed Ochmana. | 3. | | | Do Zawady małey. | | 6. | |
| Pod Woyta. | 2. | | | Do Ochmanowskiego. | | 8. | |
| Pod Zamek. | 4. | | | Do Skotnicznego. | | | 7. |
| W Browarny. | 3. | 2. | | Do Nadskotnicznego. | | | 8. |
| Nadbrowarny. | | | 4. | Do Podłącznego. | | | 4. |
| Pod Karczmę kop. | | 5. | | Do Łącznego. | | 10. | |
| Nad Karczmę kop. | | 6. | | Do Dębowca. | | | 8. |
| Pod Martonem. | | 6. | | Do Ostrowca wielkiego. | | | 6. |
| Pod Piekarzem. | | | 4. | Do Ostrowca małego. | | | 3. |
| Pod Walaszkiem. | | | 3. | Do Grabowca. | | 8. | |
| W Pasterniku Zamkowym. | | | 4. | Do Jodłowca wielkiego. | | | 6. |
| Do Wołowego. | | | 6. | Do Jodłowca małego. | | | 4. |
| W polu nad Ochmanowym. | | | 6. | Do Lipowca. | | | 10. |
| | | | | Summa Osady Stawkow Głębowskich Facit kop. | 34¼ | 61. | 91. |

## Inwentarz Stawow Zarysnich y Osada ich.

| | Stopniki | Kroczki | Młode | | Stopniki | Kroczki | Młode |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Przed Żurma Mynarza. | 6. | | | Do Nowego | 3. | | |
| W Pasternik Zarysni. | | | 6. | Nad Bagienny. | | 4. | |
| Do Rochacza. | 6. | | | Do Bartkowskiego. | | 8. | |
| Do Złotego. | | | 5. | Do ~~Jedlecznika~~ Bagiennego | | | 6. |
| Nad Rochacz. | | | 3. | Pod Las do Rochacza | | 12. | |
| Pod Folwark Zarysni. | | | 4. | Do Pobocznego. 1 | | | 2. |
| Do Ryssy. | 3. | | | Do Pobocznego 2. | | | 3. |
| Do Podrysniego. | | | 2. | Do Pobocznego 3. | | | 3. |
| Do Mostowego. | | | 3. | Pod Las. | | | 2. |
| Do Nadrysniego. | | | 5. | Do Zrudlnicznego pu: | | | |
| Do Długiego. | | 10. | | Pusty pod Lasem. | | | |
| Nad Długi. czyli Jedlecznik | | | 4. | Item pusty. | | | |
| Do Pośredniego pod Nierad. | | | 6. | | | | |
| Do Brzezinnego. | | | 3. | | | | |
| Do Nierada. | 4. | | | Summa Osady kop. | 22. | 34. | 57. |

# ECCLESIA GLAMBOVIENSIS

Ecclesia Parochialis sub Decanatu Rurali Zathoriensi, cujus Possessor Venerabilis Laurentius de Bogotur qui Iuravit in Głębowice duo Metreta Siliginis et totidem Avenæ mensuræ Oswiecimensis conferta. Ibidem de Quinque Hortulanijs Messalia, ibidem à Tabernatore Czopowe. Ex Libro Retaxationum Beneficiorum Diecesis Cracoviensis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Nono Conscripto desumptum.

Ecclesia Parochialis Lignea Tituli Sanctæ Mariæ Magdalenæ ante Triginta annos per Generosum Mathiam Gieratowski profanata et in usum Hæreticorum conversa omniq; decore argenteo apparatibus et proventibus spoliata administratur per Bartholomæum de Głębowice Hæresiarcham, per quem Ager Plebanalis, qui incipiendo à Domo Plebanali latitudinis Unius Lanei protenditur ad limites Villæ Nidek colitur, idem et Missalia ex Singulis Laneis unam Metretam Siliginis alteram recipit. Ex Actis Visitationum per Reverendum olim Christophorum Kasimierski Præpositum Tarnoviensem Notarium Episcopum Chijoviensem Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Octavo absoluti Sigilloq; Venerabilis Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis communiti.

## Fundatio Census Reemptionalis ad Ecclesiam Głębovicensem in Bonis Pissarzowice.

Comparens personaliter coram Officio Actisq; præsentibus Castrensibus Capitaneal. Oswiecimensibus Generosus Joannes à Pissarzowice Pissarzowski Ducatuum Zathoriensis et Oswiecimensis Terrestris Notarius Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius de Armis et Clenodijs Antiquorum Equorum alias Stary Koń Filius Generosi olim Joannis Pissarzowski Camerarij Granitialis Ducatuum Zathorien. et Oswiecimensis ex Generosa olim Anna de Wetcza Filia olim Generosi Venceslai Petrowicz de Armis Korczak progenitus, in Głębowice et Medietate Villæ Pissarzowice Hæres, sanus mente et Corpore existens maturaq; deliberatione præhabita Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus severò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanealis Oswiecimen. quo ad actum præsentem spectat et attinet totaliter et plenissimè incorporando atq; subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Quia ipse pro Zelo Devotionis in Deum Omnipotentem Ejusq; Misteria Sacra Cultui Majestatis Divinæ dicata ductus desideranterq; cupiens animanter desiderans eò magis Cultum Divinum in laudem et honorem ejusdem Dei Omnipotentis ac Beatissimæ GENITRICIS Virginis MARIÆ in Ejus Ecclesia Parochiali in Villa Głębowice in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Oswiecimensi consistenti (quæ ab Hæretica per Annos multos occupata seu avulsa non tantum Spirituali Administratione, sed etiam temporali regimine multum deformata fuit:) restitui et augeri ejusdem Ecclesiæ Rectorem ad magis invigilandum Gregi Dominico circa reductionem et conservationem Ejusdem in Ovili Christi alacriorem et diligentiorem reddere, salutiq; Animæ suæ et olim Generosæ Constantiæ de Łukowa Filiæ olim Generosi Ioannis Łukowski Notarij Terrestris Cracoviensis de Armis et Clenodio Koźlarogi ex olim Generosa Sophia de Palczowice procreatæ Consortis suæ Charissimæ tùm et Generosæ Annæ de Nowawies Filiæ Generosi olim Georgij Strano Dapiferi Sanocensis Consortis suæ secundarum Nuptiarum Charissimæ, Filijq; sui Adami de Bonis his transitorijs et Caducis ex Divina Benedictione sibi collatis providere et consulere, ac pijs orationibus, oblationibus sibi Eisdemq; Veniam pro peccatis impetrare, ideò in auctionem proventuum tàm Parochi quàm Ecclesiæ Głębovicensis pro necessitatibus ejusdem Ecclesiæ Scholæq; Rectori Moderno et pro tempore existenti Summam Mille Sexcentorum Florenorum pecuniæ polonicalis Monetæ et Numeri in Regno currentis, Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando unà cum Censu Annuo Centum et Duodecem Florenorum polonicalium Monetæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando ab eadem Summa Capitali provenienti in Villa Pissarzowice Sortibus Generosi Andreæ ab eadem Pissarzowice Pissarzowski Fratris sui Germani in Palatinatu Cracoviensi et Ducatu Oswiecimensi sita in vim Reemptionis aliàs na Wyderkaff emendo et inscribendo Venerabili Georgio Piechowicz Parocho Ecclesiæ Głębovicensis, tùm ad Cistulam ejusdem Ecclesiæ vel Vitricis Scholæq; Głębovicensis Rectori nùnc et pro tempore existenti purâ merâ perpetuâ et irrevocabili Donatione dedit donavit inscripsit et fundavit tenore præsentium, prout exnùnc et de facto dat donat et inscribit fundatq; præsentibus. A qua quidem Capitali Summa Mille Sexcentorum Florenorum pecuniæ polonicalis per se Recognoscentem modo præmisso donata Summa

Census Annui videlicet Centum et Duodecem Floreni polonicalis Monetæ et Numeri præmissorum annuatim provenientis ad manus dicti Parochi Suprascriptæ Ecclesiæ Glomboviciensis nunc et pro tempore existentis dandi pro duabus temporum Rathis. Prima quidem Ratha pro Festo S. Joannis Apostoli et Evangelistæ Summa Quinquaginta Sex Floreni polonicales. Altera vero Ratha pro Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ itidem Quinquaginta Sex Floreni polonicales pro qualibet Ratha. Ex qua Summa pro qualibet Ratha provenienti videlicet Quinquaginta Sex Florenis polonic. idem Parochus Glomboviciensis nunc et pro tempore existens ad Cistulam ejusdem Ecclesiæ Glomboviciensis, seu ad manus Vitricorum ejusdem Ecclesiæ, pro necessitatibus tectis ac Lampadibus ante Venerabilissimum Eucharistiæ Sacramentum dependentibus ut tempore Divinorum Officiorum semper ardere possit Florenos Viginti quinque dabit polonicales, sibi verò respectu absolvendarum Missarum inferius specificatarum similem Summam Viginti quinque Florenorum polonicalium idem Parochus Modernus et pro tempore existens accipiet. Residuum verò cujusvis Rathæ videlicet Florenos Sex Scholæ Rectori Glomboviciensis Moderno et pro tempore existenti ratione Litaniarum singulis Diebus Dominicis et Festis de Beatissima Maria Virgine, tempore autem Quadragesimali de Sanctissimo Nomine JESU cum Scholaribus pro eodem Fundatore polonico idiomate decantandarum: Necnon pro alijs Ministerijs circa Sacrosancta Missarum Sacrificia prestandis ex qualibet Ratha Florenorum Quinquaginta Sex de manibus ejusdem Parochi cedet. Similiter ex altera Ratha et sic perpetuo et non aliter hæc summa Census Annui convertetur. tamen ea lege et obligatione per Suprascriptum a Pissarzowice Pissarzowski Notarium Terrestrem Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis Sacræ Regiæ Majestatis Secretarium, Census Suprascripti Emptorem et Fundatorem Suprascripto Parocho, Ecclesiæ ac Rectori Scholæ in Glombowice Modernis et pro tempore existentibus perpetuo de consensu Illustrissimi et Reverendissimi in Christo Patris Dni Dni Petri Gembicki Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ seu ejus in Spiritualibus Generalis Officialis Cracoviensis imposita. Quod Parochus modernus in Villa Glombowice pro tempore existens pro Anima sua (durante verò vita sui Recognoscentis) pro peccatis: cum collecta pro Anima Generosæ olim Constantiæ de Lubowa Consortis suæ charissimæ quavis hebdomada qualibet Feria Quarta continue et immediate subsequenti in quolibet Anno. Missam unam lectam in Ecclesia Glomboviciensi absolvere. Quatuor vero temporum Anni qualibet Feria Quarta in quolibet Anno Missam unam pro defunctis ibidem decantare tenebitur

172 et erit obligatus, quæ omnia absolvet sub reatu peccati mortalis. Si verò dictis diebus Festum celebre vel aliquod legale impedimentum inciderit vel impedierit, tunc sequentibus diebus proximis Parochus Suprascriptæ Ecclesiæ Glomboviciensis nunc et pro tempore existens eidem Obligationi in toto satisfaciet. Rector verò Scholæ Modernus et pro tempore existens Diebus Dominicis et Festis quibuslibet immediatè ante Celebrationem Missæ Litanias de Beatissima Maria Virgine; tempore verò Quadragesimæ de Sanctissimo Nomine JESU polonico idiomate cum Scholaribus decantare et absolvere. Feria verò Quarta quorumlibet Quatuor Temporum Missas per Parochum ut præmissum est, decantandas et celebrandas Chorali cantu decantare, ad Missas verò Lectas qualibet Feria Quarta Celebrandas inservire tenebitur sub pœna et Censuris Ecclesiasticis ad delationem ejusdem Fundatoris, seu Successorum ejusdem vel alterius cujusvis Personæ præfato Parocho ac Rectori Scholæ in defectu absolutionis præmissorum irrogandis et extendendis. In quibus omnibus idem Fundator conscientias Animasque tàm dicti Parochi Glomboviciensis nunc et pro tempore existentis quàm et Successorum suorum non attendentium obligatas esse vult. Hâc sua præsenti Inscriptione Fundationis perpetuæ ad præmissa mediante.

Et hic subindè coram eodem Officio Actisque præsentibus Castrensibus Capitanealibus Osviecimensibus personaliter Comparens Generosus Andreas à Pissarzowice Pissarzowski, Suprascripti olim Generosi Joannis in Pissarzowice Pissarzowski Camerarij Granitialis Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis Filius, Medietatis Villæ Pissarzowice Hæres, sanus mente et Corpore existens. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus, se verò cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanealis Osviecimensis quo ad actum præsentem spectat et attinet totaliter et plenariè incorporando atque subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Quia Venerabili Georgio Piechowicz Parocho Ecclesiæ Glomboviciensis in Villa Glombowice in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi et Osviecimensi sita tùm Vitricis ejusdem Ecclesiæ ac Rectori Scholæ ejusdem Modernis et pro tempore existentibus Summam Centum et Duodecem Florenorum pecuniæ communis polonicalis Monetæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando Census Annui Reemptionalis per præfatum Generosum Joannem Pissarzowski Notarium Terrestrem Ducatuum Zathoriensis

Zathoriensis et Osviecimensis Sacræ Regiæ Majestatis Secretarium ad prædictam Ecclesiam Glomboviciensem ratione suprascriptorum Officiorum in Ordinatione seu Fundatione expressorum fundat, à Summa Mille Sexcentorum Florenorum pecuniæ polonicalis Monetæ et Numeri præmissorum per eundem Generosum Joannem Pissarzowski ad præfatam Ecclesiam Glomboviciensem fundata et donata, jamque de manibus præfati Generosi Joannis Pissarzowski Notarij Terrestris Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis Sacræ Regiæ Majestatis Secretarij Fratris sui germani realiter per se Recognoscentem levata et percepta, de qua Summa eundem Generosum Joannem Pissarzowski Notarium Quietat liberumque et absolutum facit præsentibus perpetuò et in ævum in et super Bonis suis infrascriptis Hæreditarijs videlicet totis et integris Sortibus suis Hæreditarijs in Villa Pissarzowice cum Curia et Prædijs ibidem sitis in Palatinatu Cracoviensi Ducatu vero Zathoriensi et Osviecimensi jacentibus, omnibusque et singulis eorundem Bonorum, Incolis, Subditis, Molendinis, Tabernis, Sylvis, Fundis, Agris, pratis, Stagnis, fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis, nihil pro se Successoribusque suis aut alio quopiam reservando seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et è contra non derogando. Verum ita latè longè circumferentialiterque, prout præfatorum Bonorum Hæreditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, et prout eadem Bona idem Recognoscens solus tenuit habuit et possidebat, tenereque habere et possidere debuit, ac ipsi legitimè serviebant et competebant perpetuò et in ævum, in vim tamen Reemptionis alias na Wyderkaff seu cum pacto retroemendi et retrovendendi vendidit et inscripsit, prout vendit et inscribit præsentibus. Quam quidem Summam Centum et Duodecem Florenorum pecuniæ polonicalis Census annui idem Recognoscens Generosus Andreas Pissarzowski se cum suis Successoribus Bonorumque Suprascriptorum Sortium Villæ Pissarzowice tàm in toto quàm in parte Modernis et pro tempore existentibus Hæredibus seu quovis modo Possessoribus in et super Bonis suis omnibus eidem Parocho Vitricis ac Rectori Scholæ Ecclesiæ præfatæ Glomboviciensis Modernis et pro tempore existentibus inscribit et obligat præsentibus quotannis pro duabus temporum Rathis. Primam quidem Ratham videlicet Quinquaginta Sex Florenorum pecuniæ polonicalis pro quolibet Festo Sancti Joannis Apostoli et Evangelistæ incipiendo solutionem Census præfati à proximè venturo Festo Sancti Joannis Apostoli et Evangelistæ in Anno præsenti proximè incidenti. Alteram verò Ratham videlicet Florenorum Quinquaginta Sex itidem pecuniæ polonicalis pro quolibet Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ in quolibet Anno incidenti, sicque consequenter singulis Annis pro temporibus suprascriptis ad manus præfati Parochi Glomboviciensis moderni et pro tempore existentis dare solvere et ad Ecclesiam præfatam Glomboviciensem mediante Quietatione manuali de eisdem Rathis præfati Parochi Glomboviciensis Moderni et pro tempore existentis ejusque Succedaneorum per suum Nuntium proprium transmittere. Idque sub Vadio Mille Sexcentorum Florenorum pecuniæ polonicalis per præfatum Recognoscentem Generosum Andream Pissarzowski ejusque Successores Bonorumque præfatorum Medietatis Pissarzowice Modernos et pro tempore existentes tàm in toto quàm in parte Hæredes et quovis modo Possessores prænominato Parocho Glomboviciensi Moderno et pro tempore existenti ob non solutionem Census præfati pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendo. Et jam exnunc isidem Recognoscens Generosus Andreas Pissarzowski dat et admittit præsentibus prænominato Parocho Glomboviciensi Moderno et pro tempore existenti in Bona suprascripta Censu prædicto onerata in eodem Censu realem Intromissionem cum Actuali pacificaque utifruitione per Ministerialem quemcunque sibi ad id duxerit eligendum jam exnunc ipsi ab Officio præsenti additum. Debetque et tenebitur prædictus Recognoscens Generosus Andreas Pissarzowski prout se ac suos Successores Bonorumque Suprascriptorum Medietatis Villæ Pissarzowice Hæredes et quosvis modernos et pro tempore existentes tàm in toto quàm in parte Possessores de et super Bonis suis generaliter omnibus eidem Venerabili Georgio Piechowicz Moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat præsentibus eundem Venerabilem Parochum Glomboviciensem Modernum et pro tempore existentem tùm Vitricos Ecclesiæ ejusdem ac Rectorem Scholæ Modernos ac pro tempore existentes occasione Census præfati et Bonorum eorundem præfato Censu oneratorum tàm in toto quàm in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus si quæ in eisdem Bonis cujuscunque Personarum factæ et recognitæ fuerint ab omni impetitione Juridica quarumcunque Personarum Status sexus et Conditionis cujusvis existentium ab omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit necesseque tàm in toto quàm in parte tueri defendere evincere et intercedere, indemnesque ipsos ac eorum Succedaneos indemnes reddere. Ita, ut præfatus Reverendus Parochus Glomboviciensis unà cum Vitricis Ecclesiæ ac Rectore Scholæ Modernis et pro tempore existentibus eorumque Succedaneis possint et valeant pacificè et integrè pro temporibus supraexpressis perpetuis temporibus sine quovis impedimento Censum suprascriptum percipere. Idque sub alio simili et speciali Vadio Mille Sexcentorum Florenorum pecuniæ polonicalis per eundem Recognoscentem Generosum Andream Pissarzowski ejusque Successores

Bonorumq; præfatorum Medietatis Villæ Pissarzowice tàm intoto quàm inparte Modernos et pro tempore existentes Hæredes et quosvis Possessores Suprascripto Plebano Glombovicensi Moderno et pro tempore existenti in Casu non Completionis præmissorum omnium et singulorum tàm intoto quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio vel Vadijs præfatis seorsivis et specialibus taliter ad solvendum succubitis necnon pro re aliqua principali non completa et Summa Census præfati non soluta Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Andreas Pissarzowski vel ipsius Successores Bonorumq; præfatorum Medietatis Villæ Pissarzowice Moderni et pro tempore existentes Hæredes et Possessores Citati ad Instantiam Suprascripti Venerabilis Georgij Piechowicz Parochi Glombovicensis Moderni et pro tempore existentis ejusq; Succedaneorum ad Officium Castrense Capitaneale Cracoviense vel Officium præsens Castren: Capitan: Osviecimense. Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus severò cum Successoribus Bonorumq; præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredibus et quibusvis Modernis et pro tempore existentibus Possessoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij illius ad quod ex præmissis vigore Inscriptionis præsentis Citabuntur quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti intoto satisfaciendum plenarie incorporando ac subijciendo. Inprimo Citationis Termino uti peremptorio stare parere, Pro Vadio vel Vadijs præfatis seorsivis et Specialibus ac pro re aliqua principali pro qua ex præmissis non completa Summaq; Census præfati non soluta Citabuntur tàm intoto quàm inparte toties quoties opus et necesse fuerit satisfacere debebunt et tenebuntur. Seq; ac Posteros suos Bonorumq; præfatorum tàm intoto quàm inparte Hæredes et quosvis pro tempore existentes Possessores obligat. Ipsumq; primum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione extra vel intra Regnum Servitio Militari ac ad Munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Quietationem ultra Spatium duarum Septimanarum Officij illius C. C. Cracoviensis vel ultra proximos Terminos Officij præsentis Castren: Capitan: Osviecimensis dilationem sibi nulibi recipiendo. nullasq; motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus, fatalijs Juris præscriptione Terrestri Bello Conventioneq; et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. Hac sica præsenti Inscriptione ad præmissa mediante.

Actum in Castro Osviecimensi Sabbatho ante Festum Præsentationis Beatissimæ Mariæ Virginis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo.

---

Ejusdem Fundationis Approbatio Reverendissimi Domini Alberti de Lipnik Lipnicki DEI et Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopi Laodicensis Suffraganei, Canonici, Vicarij in Spiritualibus et Officialis Generalis Cracoviensis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Die vero Mercurij Octava Februarij.

---

## Fundatio ad Ecclesiam Glombovicensem in Bonis Helcznarowice Assecurata

Ad perpetuam Rei Memoriam Pia Christi Fidelium desideria in laudem Cultum et Honorem Omnipotentis DEI et Gloriosæ Virginis MARIÆ, quæ est Porta Origentalis ut ait Ezechiel Propheta: Semper Clausa et lucida aperiens in se vel ex se proferens Sancta Sanctorum per quam Sol Justitiæ ingreditur et egreditur propensissima. ut tantò facilius optato Cœlestis Gratiæ conquiescant in Solatio et in posthuma Memoria Christi Fidelium perpetuo coinnotentur.

Proinde Nos Nicolaus Oborski Juris Utriusq; Doctor, Archidiaconus & Sede Vacante Episcopatus Cracov: Administrator.

Universis et Singulis quorum interest intererit, aut quomodolibet in futurum interesse poterit, tàm præsentibus quàm futuris Harum Notitiam Habituris Significamus. Quomodo coram Nobis pro Tribunali sedentibus in publica audienda, personaliter comparens Excellens Bartholomæus Lactinius Philosophiæ Doctor Generosi Joannis de Pissarzowice Pissarzowski Judicis Terrestris Zathorien: et Osviecimensis Ducatûs S. R. Majestatis Secretarij infrascripti Census Fundatoris, necnon Venerabilis Andreæ Jozefowicz Parochi Ecclesiæ Glombovicensis et Promotoris Confraternitatis Sacratissimi Scapularis in eadem Ecclesia sitt prædictorum Actorum Procurator exhibitis Literis Cridæ in vim Citationis Generalis emanatis et debitè ut appareant per affixionem ad Valvas antedictæ Ecclesiæ per Discretum Joannem Dylowski Directorem Scholæ Glombovicensis executt: Contumaciam omnium et singulorum suam ex adverso et infrascriptt Jus et interesse aliquod se habere prætendentium dictis Cridæ Literis Citatorum et non comparentiu accusavit et



savit, et in eorum Contumaciam Inscriptionem Census Annui Reemptionalis Centum Septuaginta Quinque Florenorum polonicalium pro Summa Capitali Duorum Millium et Quingentorum Florenorum itidem polonicaliu provenientis per Suprascriptu Generosum Joannem à Pissarzowice Pissarzowski Judicem Terrestrem Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis pro Parocho Glombovicensi ac Promotore Confraternitatis Sacratissimi Scapularis in eadem Ecclesia existentis (: qui debet esse ejusdem Ecclesiæ Vicarius:) assignatt et infrascriptis Bonis comparatt ac per Generosum Sigismundum de Magna Poremba Porembski Villæ Helcznarowice Hæredem coram Actis Castrensibus Osviecimensibus Feria Tertia ante Festum Sancti Valentini Martyris proxima Anno currenti videlicet Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo et insuper Bonis Suprascriptt ipsius Hæreditarijs videlicet tota et integra Villa Helcznarowice cum Curia et Prædio ibide Sitis in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Osviecimensi jacentibus omnibusq; ejusdem Villæ adjacentijs inscriptt et assecuratt, in omnibus et singulis illius punctis, Clausulis, Articulis, et Conditionibus universis approbari confirmari ratificari, robur aut his ordinariæ et perpetuæ firmitatis, pariter et Decretum desuper apponi dictum Censum unâ cum Summa principali libertati et immunitati Ecclesiæ adscribi, incorporari, inviscerari, eidemq; Parocho Glombovicensi et Promotori Confraternitatis Ssmi Scapularis in eadem Ecclesia consistentis (: qui debebit esse Vicarius ejusdem Ecclesiæ:) nunc et pro tempore existenti in perpetuum applicari, onera infrascripta intuitu hujusmodi Census Parocho et Promotori Confraternitatis imponi et ad explenda sub onere Conscientiæ obligari. Literasq; Approbationis, Confirmationis ac alias desuper necessarias in forma solita decerni et extradi mandari, debita cum Instantia petijt et postulavit. Cujus quidem Inscriptionis Tenor sequitur talis.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren: Capitan: Osviecimensibus Generosus Joannes in Pissarzowice Pissarzowski Judex Terrestris Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis S. R. Majestatis Secretarius de Armis et Clenodijs Antiquorum Equorum alias Stary Koń seu Zaprzaniec in Glombowice Hæres Sanus mente et Corpore existens. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanealis Osviecimensis quo ad actum præsentem attinet totaliter et plenariè incorporando atq; subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Qui ipse puro Zelo in DEUM Omnipotentem ejusq; Misteria Sacra Cultui Majestatis Divinæ dicata ductus, desideranter cupiens animanterq; desiderans eò magis Cultum Divinu in laudem et honorem ejusdem DEI Omnipotentis ac Beatissimæ DEI Genitricis Virginis MARIÆ in Ejus Ecclesia Parochiali in Villa Glombowice in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Osviecimensi consistenti (: quæ ab Hæreticis ante per multos Annos occupata multum deformata fuit:) restitui amplificari et augeri, ad quam disponente Divina Gratia Confraternitas Ssmi Scapularis ante Annos tres cum consensu Illustris Loci Ordinarij est introducta. Ut autem bene cœpta Devotio Confraternitatis Ssmi Scapularis erga Beatissimam Virginem MARIAM magis ac magis indies crescat et vigeat, absq; Promotoribus esse non potest, et Promotores absq; Speciali Fundatione provisione et pro laboribus Consolatione. Pro quo Promotore seu Parochiæ Glombovicensis Vicario, quem semper et perpetuis temporibus habere debebit et obligatur, qui omnia et singula Munia Officia Promotorem concernentia juxta Statuta et Consuetudines in Confraternitatibus Ssmi Scapularis observari solita expleat et eis tàm intoto quàm inparte minima satisfaciat, tùm etiam ejusdem Ecclesiæ Rectore seu Parocho ut eò alacrius et diligentius eundem Promotorem seu Vicarium adjuvet in obeundis Munijs et laboribus. Ut ista Devotio benè cœpta magis ac magis augeat attendat et promoveat consulendo Animæ suæ saluti ac Unici uniceq; Dilecti Filij Adami ex Generosa olim Constantia de Lukowa priore Consorte sua, Filiâ olim Generosi Joannis Lukowski Notarij Generalis Terrestris Cracoviensis de Armis Jelita progeniti, qui fervente Zelo Religionis Catholicæ amoreq; Patriæ Motus cum Suecis Ecclesiæ et Patriæ Hostibus fortiter dimicando multis confectus vulneribus in Acie occubuit gloriose et in eadem Ecclesia sepultus, tùm etiam Generosæ Annæ de Novotaniec secundi Nuptus Consortis suæ, Filiæ olim Generosi Georgij Stano Dapiferi Sanocensis de Bonis sic transitorijs et Caducis ex Divina Benedictione sibi collatis providere et consulere ac pijs operibus, orationibus sibi eisq; pro peccatis veniam impetrare Summam Duoru Millium et Quingentorum Florenorum pecuniæ polonicalis monetæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando unâ cum Censu Annuo Centum Septuaginta Quinque Florenorum polon: monetæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando ab eadem Summa Capitali provenienti in tota et integra Villa Helcznarowice Generosi Sigismundi de Magna Poremba Porembski Filij olim Generosi Andreæ Porembski Judicis Zathoriensis et Osviecimensis in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Osviecimensi sita in vim Reemptionis alias na Wyderkaff emendo et inscribendo Venerabili Andreæ Jozefowicz Parocho Ecclesiæ Glombovicensis et Promotori Confraternitatis in eadem Ecclesia Ssmi Scapularis seu Vicario nunc et pro tempore existenti pura mera et irrevocabili Donatione dedit donavit inscripsit et fundavit tenore præsenti, prout exnunc et defacto dat, donat, inscribit fundatq; præsentibus. A qua quidem Summa Capitali Duorum Millium et Quingentorum Floren: pecuniæ

Polonicalis per se Recognoscentem modo præmisso donata Census Annui videlicet Centum et Septuaginta Quinque Florenorum polonicalium Monetæ et Numeri præmissorum Annuatim provenientis ad manus dicti Parochi Suprascriptæ Ecclesiæ Glębovicensis nunc et pro tempore existentis dandi pro duabus temporum Rathis incipiendo eandem Solutionem in Anno præsenti. Primam quidem Ratham in quolibet Anno pro quovis Festo Sancti Joannis Baptistæ incidenti Octuaginta Septem Floreni polonicales Grossi Quindecem Monetæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando. Alteram verò Ratham pro quovis in quolibet Anno incidenti Festo Sancti Joannis Apostoli et Evangelistæ itidem Octuaginta Septem Summa Florenorum polonicalium et grossi quindecem Moderno et pro tempore existenti Promotori Confraternitatis SSmi Scapularis seu Vicario Sexaginta Floreni polonicales pro laboribus Munijs Officijs Promotorem concernentibus cedere debent. Viginti verò et Septem Florenos grossos Quindecem polonicales Parochus Glębovicensis Modernus et pro tempore existens, ut in laboribus omnibus Promotorem seu Vicarium fideliter adjuvet, alacriorq[ue] in promovendo Cultu DEI Genitricis Mariæ sit et attendat, ne quidquam ex eadem Devotione remittatur, sibi pro Consolatione accipiet et pro se tollet. Similiter ex altera Ratha, et sic perpetuò et in ævum et non aliter hæc Summa Census Annui in quolibet Anno inciden[tis] convertetur et converti debet. Tamen ea Lege et Obligatione per Suprascriptum Generosum Joannem in Pissarzowice Pissarzowski Judicem Terrestrem Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis Census Suprascripti Emptorem et Fundatorem Suprascripto tempore Parocho Glębovicensi Moderno et pro tempore existenti temporibus perpetuis de Consensu Illustrissimi et Reverendissimi Domini Dni Andreæ Trzebicki DEI et Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ seu Ejus in Spiritualibus Generalis Officialis imposita. Quod Parochus Glębovicensis Modernus et pro tempore existens semper et in perpetuum Vicarium Præsbyterum idoneum (qui omnia et singula Officia Munia tàm in peragendis Divinis Sacrificijs tàm Festivis temporibus quàm pro Defunctis, Concionibus, exhortationibus, Confessionibus excipiendis et alijs quibusvis Officijs juxta Statuta et Consvetudinem, observationem in eadem Confraternitate SSmi Scapularis observari Solita expleat et tàm in parte quàm in toto satisfaciat, et Cultum Beatissimæ Virginis Mariæ quàm maximè promoveat;) habere et servare debet. Ipse verò Parochus ut prænominatum Vicarium in omnibus Munijs et Officijs fideliter adjuvet et prænominatam Devotionem promoveat, obligat. In Arbitrio et voluntate Parochi Glębovicensis Moderni et pro tempore existentis erit, vel in seipsum Officium Promotoris Confraternitatis dictæ assumere et omnia Munia et Officia obire vel in Vicarium hoc munus delegare. Nihilominus tamen Sive ipse Parochus hoc munus in se Promotoris sive in Vicarium semper idoneum qui eum in omnibus laboribus prænominatum Vicarium Parochus Glębovicensis fideliter adjuvare et Devotionem promovere pro tempore tenebitur et obligatur. Qui Promotor seu Vicarius in quavis Septimana qualibet Feria Sexta continuè et immediatè Subsequenti Missam unam lectam in Ecclesiâ Glębovicensi cum Collecta pro Anima Sua Suorumq[ue] ut supra celebrabit. Die verò Septima cujuslibet Mensis Martij in quolibet Anno incidenti Anniversarium pro Anima Generosi olim Adami Filij Sui Unici pro fide et Patria ab Hostibus in acie interempti et Missam unam decantabit. Similiter post obitus Sui Diem quam DEUS immittet extremam, Anniversarium cum Missa una in quolibet Anno incidenti decantabit. Quæ omnia et singula superspecificata idem Parochus et ejus Vicarius absolvent et explebunt Sub reatu peccati mortalis. Quod si dictis diebus Festum vel aliquod legale impedimentum inciderit vel impedierit tunc Sequentibus diebus proximis Parochus Promotor et Vicarius Suprascriptæ Ecclesiæ Glębovicensis nunc et pro tempore existens eidem Suprascriptæ Obligatàm in toto quàm in parte minima Satisfacient, Sub pœna et Censuris Ecclesiasticis ad delationem ejusdem Fundatoris seu Successorum Sanguinis vel Hæredum et Successorum Bonorum Glębowice nunc et pro tempore existentium, tùm et Generosi Sigismundi Porembski et ejus Successorum præfato Parocho Promotori vel Vicario in defectu expletionis et absolutionis præmissorum irrogandis et extendendis. In quibus omnibus idem Fundator Conscientias Animasq[ue] tàm Parochi dicti Glębovicensis seu Promotoris et Vicarij nunc et pro tempore existentis quàm et Successorum Suorum et Possessorum Bonorum Glębowice et aliorum non attendentium et explentium obligatas esse vult. Hac sua præsenti Inscriptione Fundationis perpetuæ ad præmissa mediante.

Et hic subinde coram eodem Officio Actisq[ue] præsentibus Castren[sibus] Capitanealibus Osviecimensibus personaliter Comparens Generosus Sigismundus de Magna Poremba Porembski Filius Generosi olim Andreæ Porembski Judicis Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis Bonorum Helcznarowice Hæres, Sanus mente et corpore existens. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] Suis quibusvis proprijs et competentibus severò cum Successoribus ac Bonis Suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanealis Osviecimensis quo ad actum præsentem Spectat et attinet, totaliter et plenariè incorporando ac Subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Quia Venerabili Andreæ Jozefowicz Parocho Ecclesiæ Glębovicensis et Promotori Confraternitatis SSmi Scapularis in Villa Glębowice in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi et Osviecimensi consistenti tùm et Vicario ejusdem Ecclesiæ Modernis et pro tempore existentibus Summam Centum Septuaginta Quinque Florenorum pecuniæ polonicalis Monetæ et Numeri in Regno currentis Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando, Census Annui Reemptionalis per præfatum Generosum Joannem Pissarzowski Judicem Terrestrem Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis S. R. Majestatis Secretarium ad prædictam Ecclesiam Glębovicensem ratione Suprascriptorum Officiorum in Ordinatione seu Fundatione expressorum fundati, à Summa Duorum Millium et Quingentorum Florenorum pecuniæ polonicalis Monetæ et Numeri præmissorum per eundem Generosum Joannem Pissarzowski Judicem Zathoriensem et Osviecimensem ad præfatam Ecclesiam Glębovicensem fundata et donata, jamq[ue] de Manibus Generosi Joannis Pissarzowski Judicis Ducatuum Zathor[iensis] et Osviecim[ensis] S. R. M[aiesta]tis Secretarij realiter per se Recognoscentem levata et percepta, de qua Summa eundem Generosum Joannem Pissarzowski Judicem Quietat liberumq[ue] et absolutum facit præsentibus perpetuò et in ævum in et super Bonis Suprascriptis Hæreditarijs in Villa Helcznarowice cum Curia et Prædio ibidem sitis in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Osviecimensi jacenti, omnibusq[ue] et singulis Bonorum præfatorum Incolis, Subditis, Molendinis, Tabernis, Sylvis, Fundis, Agris, pratis, Stagnis, Fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus, attinentijsq[ue] et pertinentijs generaliter universis, nullis penitus exceptis, nil pro se Successoribusq[ue] Suis aut alio quopiam reservando seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in Specie comprehensis generi per Speciem et è contra non derogando, verum ita latè longè circumferentialiterq[ue] prout eorundem Bonorum Hæreditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, et prout eadem Bona idem Recognoscens Solus tenuit, habuit et possedit, tenereq[ue] habere et possidere debuit, ac ipsi legitimè serviebant, perpetuò et in ævum in vim tamen Reemptionis alias na Wyderkaff cum pacto retrovendendi seu retroemendi vendidit et inscripsit prout vendit et inscribit præsentibus. Quam quidem Summam Centum Septuaginta quinque Florenorum pecuniæ polonicalis Census Annui idem Recognoscens Generosus Sigismundus Porembski se cum suis Successoribus Bonorum Suprascriptorum Helcznarowice tàm in toto quàm in parte Modernis et pro tempore existentibus Hæredibus seu quovis modo Possessoribus in et super Bonis Suis omnibus eidem Parocho, Promotori præfatæ Ecclesiæ Glębovicensis Moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat præsentibus quotannis pro duabus temporum Rathis. Primam quidem Ratham videlicet Octuaginta Septem Florenorum polonicalium grossor[um] Quindecem Monetæ et Numeri in Regno currentis pro Festo Sancti Joannis Baptistæ, incipiendo Solutionem in Festo Sancti Joannis Baptistæ in Anno præsenti proximè et immediatè incidenti. Alteram verò Ratham videlicet Florenorum itidem Octuaginta Septem pecuniæ communis polonicalis et grossorum Quindecim Monetæ et Numeri in Regno currentis pro Festo Sancti Joannis Apostoli et Evangelistæ in quolibet Anno incidenti et sic consequenter singulis Annis pro tempore Suprascripto ad manus Parochi Glębovicensis Moderni et pro tempore existentis dare Solvere mediante Quietatione de ijsdem Rathis præfati Parochi Glębovicensis moderni et pro tempore existentis ejusq[ue] Succedaneorum et per suum Nuntium proprium transmittere. Idq[ue] Sub Vadio Duorum Millium et Quingentorum Florenorum per præfatum Recognoscentem Generosum Sigismundum Porembski ejusq[ue] Successores Bonorumq[ue] præfatorum Helcznarowice Modernos et pro tempore existentes tàm in toto quam in parte Hæredes et quovis modo Possessores et Usufructuarios prænominato Parocho Glębovicensi Moderno et pro tempore existenti ob non solutionem Census præfati pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo et sub pœna et Censuris Ecclesiasticis in Officio Spirituali decernendis et irrogandis. Et jam ex nunc idem Generosus Sigismundus Porembski dat et admittit præsentibus prænominato Parocho Glębovicensi Moderno et pro tempore existenti in Bona supranominata Censu prædicto onerata in eodem Censu realem Intromissionem cum actuali pacificaq[ue] utifruitione per Ministerialem quemcunq[ue] sibi ad id duxerit eligendum jam ex nunc ipsi ab Officio præsenti additum. Debetq[ue] et tenebitur prædictus Recognoscens Generosus Sigismundus Porembski prout se ac suos Successores Bonorumq[ue] Suprascriptorum Helcznarowice Hæredes et quosvis Possessores Modernos et pro tempore existentes tàm in toto quàm in parte de et super Bonis suis generaliter omnibus Venerabili Andreæ Jozefowicz Parocho et Promotori Glębovicensi Moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat præsentibus Eundem Venerabilem Parochum Glębovicensem Modernum et pro tempore existentem occasione Census præfati et Bonorum eorundem præfato Censu oneratorum tàm in toto quàm in parte ab omnibus Juribus Inscriptionibus prioribus et posterioribus si quæ in eisdem Bonis cujuscunq[ue] Personarum factæ et recognitæ fuerint, ac ab omni impetitione Juridica quarumcunq[ue] Personarum Status sexus et Conditionis cujusvis existentium in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit necesseq[ue] tàm in toto quàm in parte tueri defendere evincere et intercedere, indemnesq[ue] ipsos ac eorum Succedaneos indemnes reddere. Ita, ut præfatus Parochus et Promotor Glębovicensis Modernus et pro tempore existens ejusq[ue] Succedanei possint et valeant pacificè et integrè pro temporibus Supraexpressis temporibus perpetuis sine quovis impedimento Censum Suprascriptum percipere. Idq[ue] Sub alio Simili et Speciali Vadio Duorum Millium et Quingentorum Florenorum pecuniæ polonicalis per eundem Recognoscentem Generosum Sigismundum Porembski ejusq[ue] Successores Bonorumq[ue] præfatorum Helcznarowice tàm in toto quàm in parte Modernos et pro tempore existentes Hæredes et quovis modo Possessores Suprascripto Parocho Glębovicensi Moderno et pro tempore existenti in

Casu non completionis præmissorum omnium et singulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quoquidem Vadio vel Vadijs præfatis seorsivis et specialibus taliter ad solvendum succubitis necnon pro aliqua re principali non completa et Summa Census præfati non soluta Citatus existens memoratus Generosus Sigismundus Porembski vel ipsius Successores Bonorumque præfatorum Villæ Hetcznarowice Moderni et pro tempore existentes Hæredes et Possessores Citati ad Instantiam Suprascripti Venerabilis Andreæ Jozefowicz Parochi Głębowicensis Moderni et pro tempore existentis ejusque Succedaneorum ad Officium Spirituale Consistorij Cracoviensis, vel etiam ad Officium Castrense Capitaneale Cracoviense vel etiam ad Officium præsens Castrense Capitaneale Osviecimense etiam ratione rei Principalis Suprascriptæ et pænarum Censurarumque per dictum Officium Spirituale decernendarum et irrogandarum. Extunc Recedendo ut super à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque Suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus Bonorumque præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredibus et quibusvis Modernis et pro tempore existentibus Possessoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij Spiritualis seu Consistorij Cracoviensis ad quod ex præmissis vigore Inscriptionis præsentis Citabitur quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendum plenariè incorporando. In primo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare, parere, respondere pro Vadioque vel Vadijs præfatis Summaque ipsa Census præfati non soluta reque aliqua principali ex præmissis non completa pro qua Citabitur vel Citabuntur et etiam pænis Censurisque Ecclesiasticis tàm in toto quàm in parte toties quoties opus et necesse fuerit satisfacere debebit et debebunt tenebitur et tenebuntur, seque ac Posteros suos Bonorumque præfatorum Modernos et pro tempore existentes Hæredes et quovis modo Possessores obligat. Ipsumprimum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes ejusdem Causæ Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione extra vel intra Regnum servitio Militari ac ad Munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo, Ad Quietationem ultra spatium duarum Septimanarum Officij illius Castrensis Capitanealis Cracoviensis vel ultra proximos Terminos Querelarum seu Causarum Officij Spiritualis Consistorij Cracoviensis dilationem sibi non recipiendo. Nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pænis simplicibus vel triplicatis evasionibus fatalijs Juris præscriptione Terrestri bello conventioneque et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. Hac sua præsenti Inscriptione ad præmissa mediante.

Actum in Castro Osviecimensi Feria Tertia ante Festum Sancti Valentini Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo. Correxit Karpinski

(Locus Sigilli)

Achacius Rayski in Rayskо Vice Capitaneus et Judex Castrensis Capitan. Osviecimen.

Nos vero Nicolaus Oborski Archidiaconus et Administrator Supranominatus. Dictos Citatos diutiùs et ultra horam auditentes expectatos et non comparentes Contumaces prout merito erant Justitia suadente reputavimus et in eorum Contumaciam Inscriptionem præsentem in omnibus et singulis illius punctis, Clausulis, articulis et Conditionibus universis de Jure duntaxat licitis et honestis Approbatione Confirmans ratificans robur aut his Ordinariæ et perpetuæ firmitatis pariter et Decretum desuper apponendum dictum Censum unâ cum Summa principali libertati et immunitati Ecclesiæ adscribens incorporans inviscerans ac de eodem Censu Centum Septuaginta Quinque Florenorum polonicalium quotannis provenienti modo et Ordine suprascripto. Quatenus videlicet Parochus Ecclesiæ Głębowicensis nunc et pro tempore existens Quinquaginta quinque Florenos polonicales idque pro duabus temporum Rathis Prima quidem pro Festo Sancti Joannis Baptistæ per Florenos Viginti Septem. Altera verò pro Festo Sancti Joannis Apostoli et Evangelistæ itidem per Viginti Septem Florenos polon. singulis Annis pro se tollat. Promotor verò SSmi Scapularis Beatissimæ Virginis Mariæ in eadem Ecclesiâ existens qui debebit esse Vicarius ejusdem Ecclesiæ Centum Viginti Florenos polonicales itidem pro Suprascriptis duabus temporum Rathis per Florenos Sexaginta polonicales quolibet Anno ratione infrascriptorum onerum pro se recipiat, disponens onera intuitu hujusmodi Census et primo quidem Parocho nunc et pro tempore existenti quatenus videlicet Vicarium, qui debebit esse Promotor Confraternitatis SSmi Scapularis in eadem Ecclesia Głębowicensi idoneum et ad explenda singula Officia et Munia Confraternitatis juxta Ordinationem ex vi Erectionis ejusdem Confraternitatis dicto Vicario imposita sufficienter perpetuo foveat, eundemque in omnibus laboribus adjuvet et Cultum Beatissimæ Virginis Mariæ quàm maximè promoveat et insuper Anniversarium cum Missa una Cantata post Fata Suprascripti Domini Fundatoris pro Anima illius semel in Anno à die ipsius obitus sic in quolibet Anno incidenti perpetuis et futuris temporibus absolvat. Promotor verò Confraternitatis SSmi Scapularis, qui ut promittitur debebit esse Vicarius ejusdem Ecclesiæ, Officia omnia et Munia Confraternitatis SSmi Scapularis ex vi Erectionis sibi incumbentia debito Ordine unâ cum Divinis Sacrificijs Exhortationibus et Confessionibus sibi juxta Statuta et Fundationem impositis expleat, Cultum Beatissimæ Virginis Mariæ decenter promoveat et Missam Lectam vulgo Requiem dictam cum Collecta qualibet Feriâ Sextâ vel eâ impeditâ extunc sequenti die in quavis Septimana pro Animabus Adami Filij et Annæ Consortis et suprascripti Domini

Domini Fundatoris item Anniversarium cum Missa Cantata vulgo Requiem dicta pro Anima ejusdem Adami semel in quolibet Anno videlicet Septima Mensis Martij vel eâ impeditâ extunc immediatè sequenti die perpetuis et futuris temporibus absolvat, imponens et ad explenda sub onere Conscientiæ obligans debent, prout approbamus, confirmamus, ratificamus, apponimus, adscribimus incorporamus, inviseramus, applicamus, ordinamus, disponimus, imponimus, obligamus in DEI Nomine per præsentes. In quorum fidem præsentes Manu propria subscripsimus et Sigillo communiri mandavimus. Actum et Datum Cracoviæ Die Mercurij Decima Tertia Martij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo. Indictione Romana Undecimi Pontificatûs Sanctissimi Nostri Domini Alexandri Divinâ Providentiâ Papæ Septimi ejus Nominati feliciter Moderni Anno Ipsius Tertio. Præsentibus Illustribus et Adm. Reverendis Adamo Roscievicz Juris Utriusque Canonico Cracoviensi Alberto Lancucki I.V. Cancellario Andrea Grabianowski I.V. Scholastico, Ecclesiæ Collegiatæ SS. Omnium Cracovien. Joanne Grabowski Præposito Neo Sandecensi et me Thoma Barankowicz I.V. Doctoribus Actorum Sede Vacante Notario.

Ex Prothocollo Actorum Suprascriptorum Reverendissimi Domini Administratoris Episcopatus Cracoviensis Sede Vacante sub Sigillo Ejusdem Extraditum. (Locus Sigilli ejusdem) Thomas Barankowicz I.V. Doctor Actorum Sede Vacante Notarius

## Admissa Intromissio Rndo Parocho Głębowicensi per G. Porembski in Bona Hetcznarowice.

Ministerialis Generalis Regni Providus Joannes Filipczyk de Głębowice cum Nobilibus Joanne Wisniowski et Joanne Kuderski personaliter stans coram Officio Actisque præsentibus Castrensibus Capitan. Osviecimensibus palam liberè recognovit. Quia Feria Quinta post Festum Sancti Mathiæ Apostoli proximè præteritam proxima Venerabilem Andream Jozefowicz Parochum Ecclesiæ Głębowicensis in Palatinatu Cracoviensi Ducatu vero Zathoriensi seu Osviecimensi Sitæ seu Promotorem Confraternitatis in eadem Ecclesia SSmi Scapularis necnon Vicarium nunc et pro tempore existentem in Bona Villæ Hetcznarowice cum Curia et Prædio ibidem sitis in Palatinatu Cracovien. Ducatu verò Zathoriensi seu Osviecimensi Generosi Sigismundi de Magna Poremba Porembski Generosi olim Andreæ Porembski de eadem Magna Poremba Judicis Terrestris Ducatuum Zathorien. et Osviecimen. Filij propria et Hæreditaria, cum omnibus et singulis eorundem Bonorum Incolis, Subditis, Molendinis, Tabernis, Sylvis, Fundis, Agris, pratis, Stagnis, fructibus, Proventibus, redditibus, utilitatibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis, nullis penitus exceptis. Verùm ita latè, longè circumferentialiterque, prout eorundem Bonorum Hæreditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, realiter et de facto intromiserunt realemque Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem cum præsentaneo usufructu eorundem Bonorum necnon cum obedientiâ Subditorum omnium in eisdem Bonis existentium, quam ijdem Subditi in instanti præstabant, eidem Venerabili Andreæ Jozefowicz Parocho Głębowicensi injunxerunt et assignarunt, demandaruntque. Idque vigore Inscriptionis Castrensis Capitanealis Osviecimensis sub Actu et data Feriæ Tertiæ ante Festum Sancti Valentini Martyris proximæ in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo latius de præmissis testantis. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione denegante, imò verò Suprascripto Generoso Sigismundo Porembski in eisdem Bonis personaliter existente ultrò et benevolè eidem Venerabili Andreæ Jozefowicz Parocho Ecclesiæ Głębowicen. dante, admittente consentienteque.

Actum in Castro Osviecimensi Feriâ Secundâ post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo. Correxit Karpinski mp

Achacius Rayski in Raysko Vice Capitaneus et Judex Castren. Capitanealis Osviecimensis.

(Loco Sigilli)

Oblata ejusdem Fundationis et Approbationis ad Acta Terrestria Zathoriensia in positione Actorum Terrestrium Feriâ Quinta intra Quatuor Tempora post Festum Solenne Sacri Pentecosten proxima Anno Domini 1658.

---

## Inscriptio Census super Bonis Grabeszyce.

Generosus Joannes Pisarzowski Judex Terrestris Ducatuum Zathorien. et Osviecimensis fundat pro Promotore Confraternitatis Sacratissimi Scapularis Florenos Monetæ et Numeri polonicales Quingentos in Actis Castrensibus Capitan. Osviecimensibus Diè Vigesima Sexta Aprilis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto. Quam Summam Generosus Sigismundus Porembski Vexillifer Ducatûs Zathorien. et Osviecimen. in

Grabeszyce Hæres levavit ab eodem Fundatore, et à Summa principali Quingentor: Florenorū polonicalium Censum Annuum Florenos Triginta Sex pro duabus Rathis in Anno quolibet incidenī videlicet Primam Ratham pro Festo Sancti Joannis Apostoli et Evangelistæ. Alteram Ratham pro quovis Festo Sancti Joannis Baptistæ inscripsit et assecuravit coram Actis Castrensibus Capitanealibus Osviecimensibus Die Quinta Junij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto.

## Vigore ejusdem Donationis Intromissio accepta et coram Officio Castren: Capitan: Osviecimen: Inscripta.

Ejusdem Inscriptionis Reemptitiæ per Fundatorem intervenit Declaratio coram Actis Castrensibus Capitan: Osviecimensibus Feriâ Secundâ post Dominicam Cantate in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto factæ et recognitæ, quod Summam eandem Census Annui à præfata Summa Capitali provenientem ad manus Promotoris Confraternitatis Sacratissimi Scapularis Beatissimæ Virginis MARIÆ in Ecclesia præfata Glambovicensi extradi et ratione ejusdem Officij Promotoris in recompensam laborum cedere debere declaravit, et assignavit. In quibus isidem Fundator Conscientias Animasq: Prædicti Parochi et Vitricorum et Succedaneorum obligatas esse vult.

---

## Fundatio pro Organario Ecclesiæ Glambovicen: Casæ cum Horto Grabowska dictæ.

Coram Judicio et Generoso Joanne de Brzezie Paszkowski in Paszkowa, aliorumq Bonorum Hærede per Generosum Joannem in Pisarzowice Pisarzowski Judicem Terrestrem Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis Secretarium S. R. Majestatis in locum Judicatus sui Subdelegato hic ibidem personaliter Comparente, Munusq Subdelegationis istius in se et Bona sua ultro et benevolè quo ad Actum præsentem attinet, assumente, et Actis præsentibus Terrestribus Zathoriensibus personaliter Comparens Generosus Joannes in Pisarzowice Pisarzowski Judex Terrestris Ducatuū Zathorien: et Osviecim: S. R. Majestatis Secretarius, de Armis et Clenodijs Antiquorum Equorum alias Starykon seu Zaprzaniec in Glambowice Hæres Sanus mente et Corpore existens. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq Suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castri Capitanealis Osviecimen: quo ad Actum præsentem attinet, totaliter et plenariè incorporando atq Subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Quia ipse pro Zelo in DEUM Omnipotentem ejusq Misteria Sacra Cultui Majestatis Divinæ dicata ductus desideranterq cupiens animanterq desiderans eò magis Cultum Divinum in laudem et honorem Ejusdem DEI Omnipotentis ac Beatissimæ DEI Genitricis Virginis MARIÆ in ejus Ecclesia Parochiali in Villa Glambowice Palatinatu Cracoviensi Ducatu vero Osviecimen: seu Zathoriensi consistenti (: quæ ab Hæreticis ante per multos Annos occupata multum deformata fuit :) restitui amplificari et augeri, ad quam disponente Divinâ Gratiâ Confraternitas Sacratissimi Scapularis ante Annos tres cum Consensu Illmi Loci Ordinarij est introducta. Ut autem benè cæpta Devotio Confraternitatis Ssmi Scapularis erga Beatissimam Virginem MARIAM magis ac magis indies crescat et vigeat, eidem Ecclesiæ Glambovicensi Instrumentum Musicale dictum Pozytyw dedit, donavit inscripsit et resignavit, prout dat, donat, inscribitq titulo puræ et irrevocabilis Donationis et resignat perpetuo et in ævum irrevocabiliterq. Quod Instrumentum Musicale Semper penes eandem Ecclesiam remanere debet, nec illud tenebitur Suprascriptus Capellanus Ssmi Scapularis seu Parochus ejusdem Ecclesiæ Glambovicensis cuipiam mutuare vel concedere vel ex eadem Ecclesiâ efferre sub Censuris Ecclesiasticis imò sub onere Conscientiæ et sub Censuris Suprascriptis Ecclesiasticis Summa cum diligentia attendere debet ne unquàm Suprascriptum Instrumentum Musicale ex eadem Ecclesiâ Glambovicensi efferatur et ad quosvis usus ulli concedatur. Porrò pro personali Residentia ejusdem Organarij cujus Munus et Officium erit in eadem Ecclesiâ circa Divina peragenda in eodem Instrumento Musicali suum Musicalem exercere Actum, quem ut labor sine præmio non aggravaret Suprascriptus Recognoscens Generosus Joannes in Pisarzowice Pisarzowski Judex Terrestris Ducatuū Zathoriensis et Osviecimensis S. R. Majestatis Secretarius Casam dictam Grabowska alias Chalupka cum Horto ibidem adjacenti in Villa Glambowice sitam Organario soli nunc et pro tempore existenti cum toto Jure Dominio proprietate, Hæreditate, tituloq Hæreditario omnibusq et singulis ejusdem Casæ et Horti attinentijs et pertinentijs, fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus, emolumentis, generaliter universis et singulis nullis penitus exceptis nec pro se suisq Successoribus aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et è converso non derogando. Verùm ita latè longè circumferentialiterquè,

prout



prout præfata Domus seu Casæ et Horti Hæreditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, tenereq habere et possidere debuit, ac ipsum legitimè concernebant eidemq quovis Juris modo et titulo serviebant. Jam exnunc Organario Ecclesiæ Glambovicensis Servien: Moderno et pro tempore existenti Suprascriptum Domum et Hortū perpetuis temporibus dedit, donavit inscripsit et resignavit, prout præsentibus dat, donat, ac titulo puræ et irrevocabilis Donationis inscribit et resignat perpetuò et in ævū irrevocabiliterq. Jam exnunc idem Recognoscens Generosus Joannes in Pisarzowice Pisarzowski dat et admittit præsentibus Moderno Organario soli Ecclesiæ Glambovicensis Servienti ac ejus Succedaneis Organarijs penes eandem Ecclesiam existentibus in Bona Suprascripta præsentibus Donata realem Intromissionem et actualem pacificamq Possessionem cum præsentaneo usufructu quandocunq voluerit acceptandam per Ministerialem quemcunq sibi ad id duxerit eligendum jam exnunc ipsi ejusq Succedaneis Organarijs solis Ecclesiæ Glambovicensis Servien: Muniaq Musicalia in Instrumento Musicali donato per Generosum Recognoscentem circa Divina exercenda ab Officio præsenti additum. Per ipsum Organarium Modernum et ejus Succedaneos Organarios tanquàm veros et legitimos Hæredes in Bona Suprascripta præsentibus Donata Jure Hæreditario tenendi, habendi, possidendi pacificeq et quietè utifruendi temporibus perpetuis. Haberq et tenebitur prædictus Recognoscens Generosus Joannes in Pisarzowice Pisarzowski prout se ac suos Successores de et super Bonis suis omnibus eidem Organario Moderno et ipsius Succedaneis Organarijs tantùm non verò eorum Successoribus inscribit et obligat præsentibus ipsum Modernum Organarium et ejus Succedaneos Organarios tantùm in dictis Bonis præsentibus Donatis et occasione eorundem Bonorum donatorum tàm in toto quàm in parte ab omni impetitione Juridica quarumcunq Personarum Status sexus et Conditionis cujusvis existentium per omnes Præscriptiones Terrestres prout ad quamlibet Personam Terrestris pertinet præscriptio in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit defendere evincere et intercedere indemnesq Modernum Organarium Bonorum Possessorem et ejus Succedaneos Organarios indemnes reddere, necnon Bona prænominata præsentibus donata tàm in toto quàm in parte ab omnibus Inscriptionibus prioribus et posterioribus tùm etiam à quibusvis Citationibus in eadem Bona præsentibus Donata importatis et importandis. Lucris deniq et perlucris ac Processibus Juris quibusvis in quolibet puncto et gradu Juris dependentibus emundare et eliberare mundaq et libera semper facere, ita ut Suprascripta Bona præsentibus Donata tàm in toto quàm in parte prædictus Organarius Ecclesiæ Suprascriptæ Glambovicensis serviendo et ipsius Succedanei Organarij quietè et pacificè vigore Inscriptionis præsentis Donatoriæ tenere et possidere queant temporibus perpetuis. Nec debet prædictus Recognoscens Generosus Joannes in Pisarzowice Pisarzowski Judex Terrestris Ducatuū Zathorien: et Osviecimen: suis cum Successoribus Moderno Organario Ecclesiæ Glambovicensis servientem et ipsius Succedaneis Organarijs præfatam Intromissionem et actualem pacificamq Possessionem coram Judicio præsenti admissam in eisdem Bonis præsentibus donatis denegare imò tenebitur suis cum Successoribus eandem effectualiter tàm in toto quàm in parte dare admittere, datamq et admissam quovis modo tàm per se quàm per suas quasvis subimmissas et subordinatas Personas non adimere nec præpedire, ac in prænominatis Bonis præsentibus Donatis Modernum Organarium Glambovicensem et ejus Succedaneos Organarios Glambovicenses tàm in toto quàm in quavis minima parte tàm judicialiter quàm extrajudicialiter non injuriari. Idq sub Damnis Terrestribus ad simplicem Verbi assertionem sine Corporali Juramento taxandis et edicendis. Per prædictum Recognoscentem Generosum Joannem in Pisarzowice Pisarzowski et ejus Successores Moderno Organario Glambovicensi et pro tempore existenti Succedaneo in Casu non Completionis præmissorū omnium et singulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendū succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus præfatis taliter ad solvendum succubitis et pro re aliqua principali ex præmissis non completa nihilominus complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Joannes Pisarzowski sive ejus Successores Bonorumq Suprascriptorū Glambowice Hæredes et quovis Juris titulo Possessores Citati ad Instantiam Moderni Organarij Glambovicensis sive ejus Succedaneorū ad Officium præfatū Castren: Capitan: Osviecimen: Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præfati Castren: Capitan: Osviecimensis quo ad respondendū et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendeū plenariè incorporando. In primo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare parere respondere, pro Damnisq Terrestribus præfatis ac re ipsa principali pro qua ex præmissis non completa Citabitur tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit, satisfacere debebit et tenebitur, seque ac Posteros suos obligat. Ipsum primum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro majori minorennitate Successorum legatione extra vel intra Regnum Servitio Militari ac ad Munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Terminos Quere:

larum seu Causarum Officij præfati Castrensis Capitan: Osviecimensis dilationem sibi non recipiendo. nullasq; Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus fatalijs Juris præscriptione Terrestri bello conventioneq; et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. Præsenti Inscriptione ad præmissa mediante.

Actum in Zathor in Terminis Terrestribus Feria Quinta intra Quatuor Tempora post Festum Sanctæ Luciæ Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo.

## Admissa Intromissio Organario in Casam Glombovicensis

Ministerialis Generalis Regni Providus Joannes Filipczyk de Glombowice cum Nobilibus Stanislao Bobrowski et Samuele Nowacki personaliter stans coram Officio Actisq; præsentibus Castrensibus Capitan: Osviecimensibus palam libereq; recognovit. Quia die hodierna Modernum Organarium Ecclesiæ Glombovicensi Servientem in Bona infrascripta videlicet in Domum seu Casam dictam Grabowska et in Hortum ibidem adjacentem in Villagio Glombovicensi sitam, in Bonis verò Hæreditarijs Generosi Joannis in Pissarzowice Pissarzowski Judicis Terrestris Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis S. R. Mttis Secretarij in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathoriensi seu Osviecim existentem, cum toto ac omni Jure Dominio, proprietate, Hæreditate omnibusq; et singulis ejusdem Casæ et Horti fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus, emolumentis, attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis, nullis penitus exceptis, realiter et de facto intromiserunt, realemq; Intromissionem et Actualem pacificamq; Possessionem cum præsentaneo usufructu ejusdem Casæ et Horti dederunt assignarunt et demandaverunt. Idq; vigore Inscriptionis Donatoriæ per suprascriptum Generosum Joannem in Pissarzowice Pissarzowski Judicem Terrestrem Ducatuum Zathoriensis et Osviecimens: S. R. Mttis Secretarium coram Actis Terrestribus Zathorien: in Terminis Terrestribus Feria Quinta intra Quatuor tempora post Festum Sanctæ Luciæ Virginis proximâ Anno præsenti factæ et recognitæ latius de præmissis testantis. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione denegante, imò vero suprascripto Generoso Judice in eisdem Bonis personaliter existente ultrò et benevolè eidem Organario dante admittente consentienteque.

Actum in Castro Osviecimensi Sabbatho post Festum Sanctæ Luciæ Virginis proximô Anno Domini Millesimo Sexcentesimo, Quinquagesimo Septimo.

## Gsus Joannes Pissarzowski Judex Trris Zathorien: Osviecim: Adm. Rndo Parocho Glombovicensi Inscribit et Fundat Agrum.

Comparens personaliter coram Judicio et Actis præsentibus Terrestribus Zathor: et Generoso Joanne de Brzezie Paszkowski in Paszkowka Hærede, in locum Generosi Joannis in Pissarzowice Pissarzowski Judicis Terrestris Ducatuum Zathorien: et Osviecimens: S. R. Majestatis Secretarij Subdelegato, qui hic ibidem personaliter Comparens, munusq; istius Subdelegationis quo ad Actum præsentem spectat et attinet in se Bonaq; sua liberè assumpsit, Recognovit: Suprascriptus Generosus Joannes in Pissarzowice Pissarzowski Judex Terrestris Zathorien: et Osviecimensis S. R. Mttis Secretarius, in Glombowice Hæres. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus, se verò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Judicij præsentis Terrestris Zathorien: quo ad Actum præsentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq; subijciendo palam liberè non compactus nec coactus nec aliquo devio vel quopiam sinistro errore circumventus, imò verò mente et Corpore sanus existens, inhærendo Legi publicæ præsertim Constitutioni Anni Millesimi Sexcentesimi Trigesimi Quinti in Comitijs Regni Generalibus Varsaviensibus laudatæ tacto pectore in facie Judicij præsens: Terrestris Zathoriensis sponte liberè manifestè sub fide, honore et Conscientia omnium testatus: Że tako Fundacyą de Nova Radice z Dobr moich własnych czynię, pieniędzy żadnych za nię nie wziąwszy ani żadnego kondyktamentu co in passu uczyniwszy, ale ex puro Zelo pura mera liberalitate nic nie czyniąc in fraudem pomienioney Konstytucyi y Prawa pospolitego Recognovit. Quia ipse satisfaciendo piæ intentioni suæ in majorem DEI Gloriam et Divini Cultûs erga Immaculatam Deiparam Virginem MARIAM ac Sacræ fidei et Religionis Catholicæ propagationem in ejus Ecclesia Parochiali in Villa Glombowice in Palatinatu Cracoviensi Ducatu Zathoriensi consistenti (: quæ ab Hæreticis per multos Annos occupata et avulsa non tantum Spirituali Administratione sed et temporali regimine multum deformata fuit :) cupiens ejusdem Ecclesiæ Reverendum Venerabilem Andream Jozefowicz Parochum Glombovicensem Modernum et pro tempore existentem et Confraternitatis Ssmi Scapularis Promotorem ad magis invigilandam Gregi Divino




Divino circa conservationem ejusdem in Ovili Christi et sedulam ferventemq; Promotionem Devotionis Confraternitatis Ssmi Scapularis erga Beatissimam Virginem MARIAM Cujus singulare Patrocinium indies et horas homines experiuntur, in Ecclesia Glombovicensi alacriorem diligentioremq; reddere, Salutiq; Animæ suæ et Unici Uniceq; Dilecti Filij sui Generosi Adami olim ex Generosa Constantia de Lukowa olim Generosi Joannis Lukowski Notarij Terrestris Generalis Cracoviensis priore Consorte sua procreati, qui fervente Zelo Religionis Catholicæ amoreq; Patriæ motus cum Suecis Ecclesiæ Patriæq; Hostibus fortiter dimicando, multis confectus vulneribus in acie gloriosè occubuit, et in eadem Ecclesia tumulatus est, tum etiam Generosæ Annæ de Novotaniec secundi Nuptûs Consortis suæ, Filiæ olim Generosi Georgij Stano Dapiferi Sanocensis de Bonis suis transitorijs providere et consulere, ac pijs operibus, orationibus, oblationibus sibi eisq; veniam pro peccatis impetrare, addendo et augendo ad priores tres Fundationes et Inscriptiones suas. Primam videlicet Summam Mille Sexcentorum Florenorum pecuniæ polonicalis unâ cum Censu Annuo Centum et Duodecem Florenorum polon: pecuniæ ab eadem Summa provenienti in Villa Pissarzowice totis et integris Sortibus Generosi Andreæ Pissarzowski Fratris sui germani Hæreditarijs in vim Reemptionis alias na Wyderkaff emptam et Actis Castrensibus Capitan: Osviecimensibus Sabbatho ante Festum Præsentationis Beatissimæ Virginis Mariæ in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Inscriptam; prout latius eadem Inscriptio cum admissa in Bona suprascripta Officiosa Intromissione ejusq; Fundationis per Reverendissimum Dnum Albertum Lipnicki Episcopum Laodicensem Suffraganeum Cracovien: et Vicarium in Spiritualibus et Officialem Generalem Cracoviensem Approbatio obloquitur de Actu et data Cracoviæ Die Mercurij Octava Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Secundam Summam videlicet Quingentorum Florenorum polon: pecuniæ cum Censu Annuo Triginta Sex Floren: pecuniæ polonicalis per olim Generosum Sigismundum de Zegocina Poremba Porembski Vexilliferum Terrestrem Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis in tota et integra Villa Grabesczyce Hæredit: in Vim Reemptionis alias na Wyderkaff emptam et Actis Castren: Capitan: Osviecim: Feria Secunda post Festum Sancti Norberti Episcopi et Confessoris in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto inscriptam et Officiosa Intromissione admissa denique ad Summam Tertiam videlicet Duorum Millium Quingentorum Florenorum pecuniæ polonicalis una cum Censu Annuo Centum Septuaginta Quinque Florenorum pecuniæ polonicalis Annuatim itidem provenienti in tota et integra Villa Helczmarowice Hæreditaria per Generosum Sigismundum de Magna Poremba Porembski Judicis Ducatuum Zathorien: et Osviecimen: olim Generosi Andreæ Porembski Filium in Palatinatu Cracovien: et Ducatu Zathoriensi seu Osviecimensi Sita in Vim Reemptionis alias na Widerkaff emptam, Actisq; Castrensibus Capitan: Osviecimen: Feria Tertia ante Festum S. Valentini Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo Inscriptam, prout latius eadem Inscriptio Reemptionalis cum Actuali admissa in Bona suprascripta Officiosa Intromissione, ejusdemq; Fundationis per Perillustrem et Reverendissimum Dominum Nicolaum Oborski J. V. Drem Archidiaconum et Sede Vacante Episcopatus Cracoviensis Administratorem de Actu et Data Cracoviæ Die Mercurij Decima Tertia Martij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo inscripta latius obloquuntur. Quas prænominatas omnes et singulas Inscriptiones Fundationes, obligationes prout in suis tenoribus latius obloquuntur et sonant, in omnibus et singulis tàm in toto quàm in parte minima ratas firmas esse vult temporibus perpetuis. Ad quas supermemoratas Fundationes pro majori Complemento præmissorum omnium et singulorum in auctionem proventuum Parochi Glombovicensis Reverendi Andreæ Jozefowicz Moderni et pro tempore existentis, ut eò alacrius Cultum Beatissimæ Virginis Mariæ et Devotionem Confraternitatis Ssmi Scapularis uti Promotor promoveat, seu Vicarium quem semper perpetuis temporibus ex antecedentibus Fundationibus habere debet, in obeundis omnibus laboribus adjuvet et Sacerdotes seu Religiosos pro excipiendis Confessionibus venientes ad Ecclesiam Glombovicensem humaniter suscipiat et excipiat, attendatq; diligenter ut omnia munia Officia juxta Statuta et Consvetudines in Confraternitatibus Ssmi Scapularis observari solita expleantur, et ijs tàm in toto quàm in minima parte satisfaciat. Certam Sortem Hæreditariam in Villa Nidek in Palatinatu Cracovien: Ducatu verò Zathoriensi seu Osviecimen: Feria Quinta post Dominicam Judica Quadragesimale proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono per Nobilem Joannem Nidecki Hæredem modo Donatorio inscriptam et Donatam, prout eadem Inscriptio fusius enarrat, videlicet totum et integrum Agrum Cmethonale ad præsens desertum cum Casa seu Casis in eodem Agro existentibus et subdito ibidem commorante nuncupato Sebastiano qui ager vulgariter Rola Wieczorkowska alias Staszkowa dictus cum omni Jure Dominio, proprietate Hæreditate, tituloque Hæreditario, cum omnibus et singulis ejusdem Agri fructibus, proventibus, redditibus utilitatibus, emolumentis, pascuis, stagnis, pratis, Nemoribus, Virgultis, gajis, attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et è contra non derogando. Verùm ita latè longè circumferentialiterq;

prout ejusdem Agri longitudo et latitudo in suis metis et limitibus in Inscriptione Donatoria Specificatis extendit et continetur, et prout eundem Agrum ipse Recognoscens tenuit habuit et possedit, tenereq; habere et possidere debuit ac ipsum concernebat, eidemq; legitimè serviebat. Jàm exnunc in vim Fundationis fundavit et donavit ac titulo puræ et irrevocabilis Donationis inscripsit et resignavit, prout præsentibus fundat, dat, donat ac pura et irrevocabili Donatione inscribit et resignat perpetuo et in ævum irrevocabiliterq;, ac de omnibus Juribus et Inscriptionibus quibusvis sibi ad Agrum eundem modo quovis servientibus Cessit et Condescendit, prout Cedit et Condescendit præsentib. Et jàm exnunc idem Recognoscens Generosus Judex Ducatuum Zathoriensis et Osviecim dat et admittit præsentibus prænominato Reverendo Andreæ Josefowicz Parocho Glembovicensi et ipsius Succedaneis in Agrum Suprascriptum præsentibus fundatum et donatum Jura modo præmisso abscessa realem Intromissionem cum præsentaneo usufructu quandocunq; voluerit acceptandam per Ministerialem quemcunq; sibi ad id duxerit eligendum exnunc ipsi ab Judicio præsenti additum. Per ipsum Reverendum Andream Jozefowicz Parochum Glembovicensem et ipsius Succedaneos Agrum Suprascriptum præsentibus Donatum et fundatum et Jura abscessa Jure Hæreditario tenendi, habendi, possidendi pacificeq; et quietè utifruendi temporibus perpetuis. Debetq; et tenebitur prædictus Recognoscens Generosus Judex Zathorien. et Osviecimensis prout se et Successores suos de et super Bonis suis omnibus habitis et habendis Supermemorato Reverendo Andreæ Jozefowicz Parocho Glembovicensi et Succedaneis ejus inscribit et obligat eundem Agrum per Nobiles Joannem et Franciscum Nideckie ante donatum sibi recognitt. Nobili Alexandro Nidecki in Summa Trecentorum Florenor. polonicalium coram Actis Castrens. Capitan. Osviecimensibus modo Obligatorio inscriptum, dùm tempus exemptionis juxta Inscriptionem Obligatoriam advenerit pro Feria Tertia ante Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proxima in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo incidenti propria pecunia sumptu et impensis eximere emundare et eliberare eundemq; Agrum exemptum et eliberatum facere, ita ut eundem Agrum præsentibus ex mera liberalitate fundatum et donatum et Jura suprascripta abcessa tàm in toto quàm in parte prædictus Reverendus Andreas Jozefowicz et ejus Succedanei quietè et pacificè vigore præsentis Fundationis possidere queat temporibus perpetuis, tùm ex re et Persona sua tantùm ab omnibus impedimentis exoriunt. et non ultra cavet. Idq; sub Damnis Terrestribus ad simplicem Verbi assertionem sine Corporali Juramento taxandis et edicendis per prædictum Recognoscentem Generosum Judicem Zathorien. et Osviecimen. et ipsius Successores prænominato Reverendo Andreæ Jozefowicz et ipsius Succedaneis in Casu non completionis præmissorum omnium et singulorum ad solvendum Succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus taliter ad solvendum succubitis ac pro re aliqua ex præmissis non completa Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Judex Zathoriensis et Osviecim. vel ejus Successores Citati ad Instantiam prænominati Reverendi Andreæ Jozefowicz Parochi Glembovicen. vel ejus Succedaneorum ad Officium Castren. Capitan. Cracoviense vel Officium Castrense Capitan. Osviecim. Extùnc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus severo cum Successoribus ac Bonis suis oibus Jurisdictioni Officij illius ad quod ex præmissis vigore Inscriptionis præsentis citabitur quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendum plenariè incorporando. In primo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare parere respondere. Pro damnisq; Terrestribus præfatis ac re ipsa principali tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur seque ac Posteros suos obligat. Ipsum primum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ac ad Munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Queretationem ultra spatium Duarum Septimanarum Officij Castrensis Capitan. Cracoviensis vel ultra proximos Terminos Querelarum seu Causarum Officij præfati Castren. Capitan. Osviecimen. dilationem sibi non recipiendo. Nullasq; Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus fatalijs Juris præscriptione Terrestri bello Conventioneq; et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. Præsenti Inscriptione ad præmissa mediante.

Actum in Zathor in Terminis Terrestribus Feriâ Quintâ intra Quatuor Tempora post Festum Solenne Sacri Pentecosten proximâ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo.

## Admissa Intromissio in Agrum Wieczorkowska dictum Adm. Rndo Parocho Glembovicensi.

Ministerialis Generalis Regni Providus Joannes Filipczyk de Glembowice cum Nobilibus Simone Rakowski et Alberto Wywialinski personaliter stans coram Officio Actisq; præsentibus Castren. Capitan. Osviecimen. palam liberè recognovit. Quia die hodierna Admodum Reverendum Andream Jozefowicz Parochum Glembovicensem et Confraternitatis Sacratissimi Scapularis in eadem Ecclesia Promotorem Modernum



Modernum et pro tempore existentem in Bona infrascripta videlicet totum et integrum Agrum Cmethonalem ad præsens desertum in Sortibus Villæ Nidek in Palatinatu Cracoviensi Ducatu verò Zathorien. seu Osviecimen. Nobilis Joannis Nidecki Hæreditariæ consistentem vulgariter dictum Rola Wieczorkowska alias Stasikowa in suis Metis et limitibus extendentem et protendentem se cum Inquilino in eodem Agro commoranti dicto Sebastiano, necnon cum Casis in eodem Agro existentibus desolatis atq; cum Villagio dicto vulgo Nawsie, cum toto ac omni Jure Dominio, proprietate, hæreditate, tituloq; Hæreditario, omnibusq; et singulis ejusdem Agri fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, utilitatibus, pascuis, stagnis, piscinis, pratis, nemoribus gaijs et Virgultis attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis intromiserunt, realemq; Intromissionem et effectivam Possessionem cum præsentaneo usufructu ejusdem Agri necnon cum obedientia Inquilini præfati in eodem Agro commorantis, quam isidem Inquilinus in instanti præstabat, cumq; Casis in eodem Agro existentibus eidem Admodum Reverendo Andreæ Jozefowicz Parocho Glembovicensi et Confraternitatis SSmi Scapularis Promotori in eadem Ecclesia moderno et pro tempore existenti injunxerunt demandarunt et assignarunt. Idq; vigore Inscriptionis tàm Originalis Donatoriæ et Cessionariæ per Nobilem Joannem in Nidek Nidecki Generoso Joanni in Pissarzowice Pissarzowski Judici Terrestri Ducatuum Zathorien. et Osviecimensis S. R. Mttis Secretario coram Actis Officij præsentis Castren. Capitan. Osviecim. Feria Quinta post Dominicam Judica proxima in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sqagesimo Nono, quàm ejusdem Inscriptionis Donatoriæ per Nobilem Albertum Wywialinski nomine Suprascripti Generosi Joannis in Pissarzowice Pissarzowski Judicis Terrestris Ducatuum Zathorien. et Osviecimensis S. R. Majestatis Secretarij Suprascripto Adm. Reverendo Andreæ Jozefowicz Parocho Glembovicensi et Confraternitatis SSmi Scapularis in eadem Ecclesia Promotori Moderno et pro tempore existenti coram Actis Terrestribus Zathoriensibus in Terminis Terrestribus Feria Quinta intra Quatuor tempora post Festum Solenne Sacri Pentecosten proximâ in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo factæ et recognitæ latius de præmissis testantis. Nemine eandem Intromissionem cum Possessione denegante imò verò Suprascriptis Generosis Judice et Nidecki in eodem Agro personaliter existentibus ultrò et benevolè eidem Admodum Reverendo Parocho Glembovicen. et Promotori Sacratissimi Scapularis Moderno et pro tempore existenti dantibus, admittentibus consentientibusq;.

Actum in Castro Osviecimensi Feriâ Secundâ post Festum Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo.

## Rndus Jaklewicz Parochus Glembovicen. Rndissimo Cienski Quietat. eidemq; Parocho G. Pissarzowski Censu Inscribit

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus C. C. Cracoviensib. Admodum Reverendus Michael Jaklewicz Plebanus Glembovicensis. Recedendo à Terris Districtibus Foro Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus severo cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitan. Cracovien. quo ad actum præsentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq; subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Quia ipse Perillustrem et Reverendissimum Gasparum Cienski Decanum Cracoviensem Bonorum Villarum Bystra Toporzysko et Lopuszna Hæredem de Inscriptione Actorum Officij Castrensis Osviecimensis, mediante quâ olim Generosa Agnes de Biberstein Mirosowska olim Generosi Christophori de Mirosow Mirosowski Secretarij S. R. Majestatis Consors legitima cum assistentia ejusdem Mariti sui satisfaciendo piæ intentioni suæ ac dilectissimæ Filiæ suæ olim Catharinæ Mstowska Generosi Stanislai Krupka Przeclawski Consortis legitimæ sterilliter decessæ in majorem DEI Omnipotentis gloriam et suffragium animæ Matris ve ac Sororis suæ Charissimarum Summam Mille Quingentorum Floren. polonicalium unâ cum Censu Annuo Centum Quinque Florenorum polonicalium ad Ecclesiam Glembovicensem, in qua Confraternitas Sacratissimi Scapularis zelosè promovetur super Bonis Villarum Bystra Toporzysko et Lopuszna Magnifici Sigismundi de Magna Chrzastow Wierzbowski cum ea declaratione, ut in Ecclesia præfata Glembovicensi per Parochum et Rectores Scholæ Modernos et pro tempore existentes juxta Approbationem Loci Ordinarij Parochus pro Animabus Suprascriptis in qualibet Hebdomada Sacrum unum quacunq; Die et qualibet Dominica ac quolibet Festo celebri Officium parvum de Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ, post Contionem verò Diebus Dominicis et Festis Orationem de Sancta Syndone cum populo dicet et Commemorationem Animarum prædictarum faciet, dedit, fundavit et locavit, Inscriptione eadem Castrensi Osviecimensi Feria Tertiâ in Vigilia Festi Sancti Bartholomæi Apostoli Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Octavo proximè præterito recognita et per Magnificum Sigismundum de Magna Chrzastow Wierzbowski Palatinidam Syradiensem Bonorum præfatorum Bystra Toporzysko et Lopuszna Hærede in continenti post Fundationem olim Admodum Reverendo Andreæ Jozefowicz Parocho Glembovicensi Moderno et pro tempore existenti modo reempticio alias na Wyderkaff unâ cum Censu Annuo Centum Quinque Florenorum polonicalium inscripta, et super Bonis præfatis ad solvendum assecurata de præmissis latiore, – m

1500 flor

tium de Summa præfata Mille Quingentorum Florenorũ polonicaliũ Capitali Censibusq; omnibus ab eadem Summa provenientibus et ad diem hodiernam usq; persolutis, ad hæc de Inscriptione præfata Reemptionali Actorum Osviecimensiũ per præfatum Magnificum Palatinidam Syradiensem recognita Quietat liberumq; et absolutum facit præsentibus perpetuò. Inscriptionem Reemptionalem Cassat, mortificat et annihilat æviternè, ac de Bonis Summa præfata Capitali oneratis Condescendit. Recognoscens sibi pro præmissis omnibus realem et sufficientem satisfactionem præstitam esse. præsenti Recognitione ad præmissa mediante.

Et hic subindè coram eodem Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus personaliter Comparens Generosus Adamus in Pissarzowice Pissarzowski Bonorum Villæ Głębowice Hæres sanus mente et Corpore existens. Recedendo à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus severò cum Successoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitan. Cracoviensis quo ad actum præsentem attinet, totaliter et plenariè incorporando atq; subijciendo palam liberè ac per expressum recognovit. Quia ipse Admodùm Reverendo Michaeli Jaklewicz Plebano Głębovicensi Moderno et pro tempore existenti Summam Centum Quinque Florenorũ pecuniæ communis polonicalis Monetæ et Numeri in Regno currentis, Florenum quemlibet grossis Triginta polonicalibus computando Censûs Annui Reemptionalis à Summa Capitali Mille Quingentorum Florenorũ polonicaliũ de Bonis Villarũ Bystra Toporzysko et Łopuszna, per Perillustrem et Reverendissimũ Gasparũ [...]cieński Decanum Cracoviensẽ deportata de manibus verò præfati Admodùm Reverendi Plebani levata et percepta, de qua ipsum Quietat liberumq; et absolutũ facit præsentibus perpetuò: in et super Bonis suis proprijs et Hæreditarijs tota videlicet et integra Villa Głębowice cum Curia et Prædio ibidem sitis in Palatinatu Cracoviensi Ducatibus verò Zathoriensi et Osviecimensi consistenti omnibusq; et singulis eorundem Bonorum Subditis, Incolis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, Agris, pratis, Campis, Sylvis, Stagnis, piscinis Tabernis, Molendinis, fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus, emolumentis, attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis, nullis penitus exceptis nec pro se suisq; Successoribus aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et è contra non derogando, in totumq; et plenariè prout eadem Bona ipsemet Recognoscens solus tenuit habuit et possidebat, tenereq; habere et possidere debuit, ac ipsum concernebant sibiq; legitimè serviebant. Jàm exnunc perpetuò et in ævum in vim tamen Reemptionis alias na Wyderkauff vendidit et inscripsit, prout vendit et inscribit præsentibus. Quam quidem Summam suprascriptam Centum Quinque Florenorum pecuniæ communis polonicalis Monetæ et Numeri præmissorum Census Annui Reemptionalis idem Recognoscens Generosus Adamus Pissarzowski se ac suos Successores Bonorumq; præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredes et quosvis Possessores de et super Bonis suis omnibus eidem Admodùm Reverendo Michaeli Jaklewicz Plebano Głębovicensi Moderno et pro tempore existenti inscribit et obligat præsentibus quotannis pro duabus temporum Rathis. Primam quidem Ratham Quinquaginta Duorum Florenorum grossorum Quindecem polonicaliũ pro Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ. Alteram verò similem Ratham Quinquaginta Duorum Florenorũ grossorum Quindecem polonicaliũ pro Festo Nativitatis Christi Domini, incipiendo solutionem istius Censûs à proximè venturo Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ et sic consequenter singulis Annis, Festis atq; Rathis suprascriptis dare, solvere, et ad manus Admodùm Reverendi Plebani pro tempore existentis mediante Quietatione manuali per suum proprium Nuntium transmittere. Idq; sub Vadio Summæ Capitali correspondenti videlicet Mille Quingentorum Florenorũ polonicaliũ per prædictum Recognoscentem Generosũ Adamum Pissarzowski et ejus Successores Bonorumq; præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredes et quosvis Possessores præfato Admodùm Reverendo Michaeli Jaklewicz Plebano Głębovicensi Moderno et pro tempore existenti in casu non solutionis Censûs prædicti pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendo. Respectu cujus quidem Census debebit et tenebitur idem Admodùm Reverendus Plebanus Głębovicensis Modernus et pro tempore existens Officium Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, ac alia in eadem Fundatione expressa absolvere. Et jàm exnunc idem Recognoscens Generosus Adamus Pissarzowski dat et admittit præsentibus eidem Admodùm Reverendo Michaeli Jaklewicz Plebano Głębovicensi Moderno et pro tempore existenti in Bona suprascripta Censu prædicto onerata in eodem Censu realem Intromissionem cum actuali utifruitione per Ministerialem quemcunq; sibi ad id duxerit eligendum jàm exnunc ipsi ab Officio præsenti additum. Deberq; et tenebitur prædictus Recognoscens Generosus Adamus Pissarzowski prout se ac suos Successores Bonorumq; præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredes et quosvis Possessores de et super Bonis suis omnibus præfato Adm. Reverendo Michaeli Jaklewicz Plebano Głębovicensi Moderno et pro tempore existenti Ipsum Admodùm Reverendum Michaelem Jaklewicz Plebanum Głębovicensem Modernum et pro tempore existentem occasione Censûs prædicti et Bonorum suprascriptorum Censu prædicto oneratorum tàm in toto quàm in parte ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, si quæ in eisdem Bonis cuicunq; personarum factæ et recognitæ fuerint, tùm ab omni Impetitione Juridica quarumcunq; Personarum Status, sexus et Conditionis cujusvis existentium in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere et intercedere, indemnemq; ipsum

mnemq; ipsum et ejus Succedaneos indemnes reddere, Ita, ut prædictus Admodũ Reverendus Michael Jaklewicz Plebanus Głębovicensis Modernus et pro tempore existens possit et valeat quolibet Anno et Festis atq; Rathis suprascriptis pacificè et integrè sine quovis impedimento Censum suprascriptum percipere. Idq; sub alio simili seorsivo et speciali Vadio Mille Quingentorum Florenorum polonicaliũ per prædictum Recognoscentem Generosum Adamum Pissarzowski et ejus Successores Bonorũq; præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredes et quosvis Possessores præfato Admodũ Reverendo Michaeli Jaklewicz Plebano Głębovicensi Moderno et pro tempore existenti in casu non completionis præmissorum omnium et singulorum tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadijs præfatis seorsivis et specialibus taliter ad solvendum succubitis ac pro Summa Censûs præfati non soluta req; aliqua principali ex præmissis non completa Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Adamus Pissarzowski vel ejus Successores Bonorumq; præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredes et quivis Possessores Citati Ad Instantiam prænominati Admodùm Reverendi Michaelis Jaklewicz Plebani Głębovicensis Moderni et pro tempore existentis ad Officium præsens Castrens. Capitan. Cracoviense vel Officium Castrense Capitaneale Osviecimense. Extunc Recedendo ut supra à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus se verò cum Successoribus [ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij] Bonorumq; præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredibus et quibusvis Possessoribus ac Bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij illius ad quod ex præmissis vigore Inscriptionis præsentis Citabitur quo ad respondendum et Inscriptioni præsenti in toto satisfaciendum plenariè incorporando. Inprimo Citationis Termino tanquàm peremptorio stare, parere, respondere pro Vadioq; vel Vadijs præfatis seorsivis et specialibus ac Summa Censûs præfati non soluta req; ipsa principali ex præmissis non completa tàm in toto quàm in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur, seq; ac Posteros suos Bonorumq; præfatorum tàm in toto quàm in parte Hæredes et quosvis Possessores obligat. Ipsum primum peremptorium Terminum et alios omnes Consequentes Causæ ejusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo. Ad Quietationem ultra spatium Duarum septimanarum Officij præsentis Castrensis Capitan. Cracoviensis vel ultra proximos Terminos Officij præfati Castrensis Capitan. Osviecimensis dilationem sibi non recipiendo. Nullasq; Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel Triplicatis evasionibus, fatalijs Juris, præscriptione Terrestri, bello, Conventioneq; et alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. præsenti Inscriptione ad præmissa mediante.

Actum in Castro Cracoviensi Feriâ Tertiâ ante Festum Sanctæ Agnetis Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Primo. Correxit Witynski m. p. Locus Sigilli C. C. Cracoviensis. Josephus à Zdzane Zdzanski Vexillifer Novogrodensis, Vicesgerens et Judex Castrensis Cracoviensis et Arcis Cracoviensis Vice Procurator manu propria. Zapis [...] 1691

Oblata hujus Inscriptionis Reemptionalis ad Acta Officij Castrensis Capitanealis Osviecimensis Sabbatho post Festum Sancti Lucæ Apostoli et Evangelistæ proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Tertio. oblata w Oświęcimiu 1693 Roku

---

# Synopsis Beneficiorum et Fundationum Ecclesiæ Głambovicensis & obligationum cum Approbatione Loci Ordinarij.

Imprimis Approbatio et Confirmatio in omnibus punctis Articulis et Conditio:
nibus Reverendissimi Domini Alberti Lipnicki DEI Gratiâ et Apostolicæ
Sedis Episcopi Laodicensis, Suffraganei Canonici Vicarij in Spiritualibus et Offi:
cialis Cracoviensis de Actu et Data Cracoviæ Anno Dni 1651. Die verò Mercu-
rij Octava Februarij Fundationis per Generosum Dominum Joannem in Pissa-
rzowice Pissarzowski Notarium Terrestrem Ducatuû Zathorien: et Osviecimensis
S. R. Majestatis Secretarium factæ Census Annui Centum Duodecem Florenorum
polonicaliû à Summa Capitali Mille Sexcentorum Florenorû polon: Plebano et
Ministris Ecclesiæ Głambovicensis destinati provenientis in et super Villa Pissarzo:
wice Sortibus Generosi Andreæ Pissarzowski empti et coram Actis Castrensibus
Capitan: Osviecimensibus Sabbatho ante Festum Præsentationis Beatæ Mariæ
Virginis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo recognita
et inscripta. Qui Census Centum Duodecem Floreni polonicales ad manus Parochi
Głambovicensis Ecclesiæ dandus et per Nuntium proprium transmittendus pro dua:
bus temporum Rathis. Prima quidem Ratha pro Festo Sancti Joannis Apostoli et Evan:
gelistæ Summa Quinquaginta Sex Florenorû polon: Altera verò Ratha pro Festo
Sancti Joannis Baptistæ itidem Summa Quinquaginta Sex Florenorû polonicaliû.
Ex qua Summa pro qualibet Ratha provenienti Parochus Głambovicensis quilibet
ad Cistulam Ecclesiæ ejusdem pro necessitatibus tectis reficiendis ac Lampadis ante Ve:
nerabilissimum Sacramentum dependentis, ut tempore Divinorum Officiorum sem:
per ardere possit Florenos Viginti Quinque polonicales dabit: Sibi verò respectu
absolvendarum Missarum infrascriptarum Similem Summam Viginti Quinq:
Florenorû polonicaliû idem Parochus Modernus et pro tempore existens accipi:
et. Residuum verò cujuslibet Rathæ videlicet Florenos Sex Rectori Scholæ Głam:
bovicensis ratione Litaniarum Singulis Diebus Dominicis et Festis de Beatissi:
ma Virgine Maria, tempore autem Quadragesimæ de Nomine JESU cum Scho:
laribus pro eodem Fundatore polonico Idiomate decantandarû, necnon pro alijs
Ministerijs circa Sacrosancta Missarum Sacrificia præstandis. Similiter ex Alte:
ra Ratha et sic perpetuò et in ævum hæc Summa Census Annui convertetur. Ta:
men ea Lege et obligatione. Quod Parochus in Villa Głambowice existens pro
Anima Fundatoris (: durante verò vitâ ejusdem Fundatoris pro peccatis cum Colle:
cta pro Anima Generosæ olim Constantiæ de Zukowa Consortis suæ charissimæ :)
quavis Hebdomadâ quâlibet Feria Quartâ continuè et immediatè se sequenti
in quolibet Anno Missam unam Lectam in Ecclesia Głambovicensi absolvere.
Quatuor verò temporum Anni quâlibet Feriâ Quartâ in quolibet Anno Missam
unam pro Defunctis ibidem decantare tenebitur et erit obligatus. Quæ omnia
absolvet sub reatu peccati mortalis. Si verò dictis diebus Festum aliquod celebre
vel aliquod legale impedimentum inciderit vel impedierit tunc Sequentibus Die:
bus proximis Parochus Suprascriptæ Ecclesiæ Głambovicensis eidem Obligationi sa:
tisfacere. Rector verò Scholæ Modernus et pro tempore existens quibusvis Domi:
nicis et Festis quibuslibet immediatè ante Celebrationem Missarum Litani:
as de Beatissima Virgine Maria, tempore Quadragesimæ de Sanctissimo Nomi:
ne JESU cum Scholaribus polonico Idiomate decantare et absolvere. Feria
verò Quarta Quorumlibet Quatuor temporû Missas per Parochum decantan:
das et celebrandas Chorali cantu decantare, ad Missas verò Lectas qualibet
Feria Quartâ celebrandas inservire tenebitur sub Censuris Ecclesiasticis. In
quibus omnibus idem Fundator Conscientias Animasq; tam dicti Parochi Eccle:
siæ Głambovicensis quâm Successorum suorum non attendentiû obligatas esse vult.

## Fundatio Secunda.

Approbatio et Confirmatio in omnibus punctis, clausulis et Conditionibus per
Reverendissimum Dominum Dnum Nicolaum Oborski J. V. Drem Archi:
diaconum et Sede Vacante Episcopatûs Cracoviensis Administratorem de Actu
et Data Cracoviæ Die Mercurij Decima Tertia Martij Anno Domini Millesi:
mo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo Fundationis Generosi Joannis de Pissa:
rzowice Pissarzowski Judicis Terrestris Ducatuum Zathoriensis et Osviecimensis
S. R. Majestatis Secretarij Census Annui Reemptionalis Centum Septuaginta
Quinque Florenorû polonicaliû pro Summa Capitali Duorum Millium et
Quingentorum Florenor: polon: itidem provenientis per Suprascriptum Fundato:
rem pro Parocho Głambovicensi ac Promotore Confraternitatis SSmi Scapularis
in eadem Ecclesia existentis (: qui debet esse ejusdem Ecclesiæ Vicarius :) assignat et in
Bonis infrascriptis comparati, ac per Generosum Sigismundum de Magna Po:
remba Porembski Villæ Hetcznarowice Hæredem coram Actis Castrensibus Capi:
tanealibus Osviecimensibus Feria Tertia ante Festum Sancti Valentini Mar:
tyris proximâ Anno currenti Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo, quæ

Inscriptio cum Approbatione ad Acta Terrestria Zathoriensia in positione Actorum Terrestrium Feria Quinta intra Quatuor tempora post Festum Solenne Sacri Pentecosten proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo per Oblatam porrecta, in et super Bonis infrascriptis ipsius Hæreditarijs videlicet tota et integra Villa Helcinarowice inscripta et recognita. Qui Census Annuus à Summa memorata videlicet Centum et Septuaginta Quinque Floreni polonicales Monetæ et Numeri in Regno currentis annuatim proveniens ad manus Parochi Ecclesiæ Glambovicensis nunc et pro tempore existentis dandus pro duabus temporum Rathis. Prima Ratha pro quolibet Festo S. Joannis Baptistæ incidenti Octuaginta Septem Floreni polonicales grossi quindecem. Secunda Ratha pro quovis in quolibet Anno incidenti Festo S. Joannis Apostoli et Evangelistæ itidem Summa Octuaginta Septem Florenorum polonicaliũ et grossorũ Quindecem. Ex qua Summa pro qualibet Ratha provenienti videlicet Octuaginta Septem Floreni polonicales grossi Quindecem: Promotori Confraternitatis SS. Scapularis seu Vicario Sexaginta Floreni polonicales pro laboribus, Munijs, Officijs, Promotorem concernentibus cedere debent. Viginti verò et Septem Florenos polonicales et grossos Quindecem Parochus Glambovicensis, ut in laboribus omnibus Promotorem seu Vicarium fideliter adjuvet, alacriorq́ in promovendo Cultu DEI Genitricis MARIÆ sit, et attendat, ne quidquàm in eadem Devotione remittatur, sibi pro consolatione accipiet et pro se tollet. Similiter ex altera Ratha, et sic perpetuò et in ævum et non aliter hæc Summa Censûs Annui in quolibet Anno incidentis convertetur et converti debet. Tamen ea Lege et Obligatione per Suprascriptum Fundatorem Censûs Supermemorati emptorem imposuit. Quod Parochus Glambovicensis Modernus et pro tempore existens, semper et in perpetuũ, Vicarium Presbyterũ idoneũ, qui omnia et Singula munia tàm in peragendis Divinis Sacrificijs tàm Festivis temporibus tàm pro Defunctis Concionibus exhortationibus Confessionibus excipiendis et alijs quibusvis Officijs juxta Statuta et Consuetudines observationes in eadem Confraternitate Sacri Scapularis observari solita expleat, et tàm in toto quàm in parte Satisfaciat, et Cultum Beatissimæ Virginis Mariæ quàm maximè promoveat, habere et servare debet. Ipse verò Parochus ut: prænominatum Vicarium in omnibus Munijs Officijs fideliter adjuvet, et Devotionem prænominatam promoveat, obligat. In arbitrio et voluntate Parochi Glambovicensis erit vel seipsum Officium Promotoris Confraternitatis dictæ assumere et omnia munia et Officia obire, vel in Vicarium hoc munus delegare. Nihilominus tamen sive ipse Parochus hoc munus in se Promotoris assumpserit, sive non Vicarium semper idoneum, qui eum in omnibus laboribus adjuvet, habere et fovere debet, et vicissim in omnibus laboribus prænominatũ Vicarium Glambovicens. Parochus fideliter adjuvare et Devotionem promovere tenebitur et obligatur. Qui Promotor seu Vicarius in quavis Septimana qualibet Feriâ Sextâ continuò et immediatè Subsequenti Missam unam Lectam in Ecclesiâ Glambovicensi cum Collecta pro Anima sua et Suorum ut super celebrabit. Die verò Septima cujuslibet Mensis Martij in quolibet Anno incidenti Anniversariũ pro Anima Generosi olim Adami Pissarzowski Filij Fundatoris, qui pro fide Patria ab Hostibus in acie interemptus, Missam decantabit. Similiter post obitûs sui Diem Anniversariũ cum Missa una in quolibet Anno incidenti decantabit. Quæ omnia et singula suprasspecificata idem Parochus et ejus Vicarius explebunt sub reatu peccati mortalis. Quod si dictis Diebus Festum legale aliquod impediverit vel inciderit, tùnc, sequentibus Diebus proximis Parochus, Promotor et Vicarius Suprascriptæ Ecclesiæ Glambovicensis eidem Suprascriptæ Obligationi tàm in toto quàm in parte Satisfacient, sub Censuris Ecclesiasticis ad Delatione ejusdem Fundatoris seu Successorum Sanguinis vel Hæredum et Possessorũ Bonorũ Glambowice nùnc et pro tempore existentium tùm et Generosi Sigismundi Porembski et ejus Successorũ præfato Parocho Promotori vel Vicario in defectu expletionis et absolutionis præmissorum irrogandis et extendendis. In quibus oĩbus idem Fundator Conscientias Animasq́ tàm Parochi dicti Glambovicensis seu Promotoris et Vicarij nùnc et pro tempore existentis, quàm Successorũ suorũ et Possessorum Bonorum Glambowice et aliorum non attendentium et explentiũ obligatas esse vult.

# Fundatio Tertia.

Idem Generosus Joannes Pissarzowski Iudex Terrestris Ducatuũ Zathorien. et Osviecimensis S. R. Mtis Secretarius Censum Annuum Triginta Sex Florenorũ polonicaliũ Monetæ et Numeri in Regno currentis pro Summa Capitali Quingentorum Florenor. polonicaliũ in Villa Grabesyce apud Generosum Sigismundũ de Zegocina Poremba Porembski Vexilliferum Ducatuum Zathor. et Osviecimen. in Vim Reemptionis emptum et Actis Castrensibus Capitanealibus Osviecimen. Feria Sexta in Crastino Festi Sacratissimi Corporis Christi Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto inscripta et assecurata. Qui Census Triginta Sex Florenor. polonicaliũ pro duabus Rathis in quolibet Anno extradi debet. Prima Ratha Floren. Octodecem pro quovis Festo Sancti Joannis Baptistæ. Altera Ratha pro quovis Festo Sancti Joannis Apostoli et Evangelistæ incidenti, et sic perpetuo et in ævum ad manus Promotoris Confraternitatis Sacratissĩ Scapularis Beatissimæ Virginis Mariæ in Ecclesiâ Glambovicensi extradi et ratione ejusdem Officij Promotoris in recompensam laborum cedere declaravit Fundator Inscriptione suâ de Actu in Castro Osviecimensi Feriâ Secundâ post Dominicam Cantate proxima Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto latã, obloquens.

Fundaõ 4ta



# Fundatio Quarta.

Idem Generosus Joannes Pissarzowski Iudex Terrestris Ducatuũ Zathorien. et Osviecimensis S. R. Mtis Secretarius ad Supramemoratas Fundationes pro majori complemento præmissorũ omnium et Singulorum in auctione proventuũ Parochi Glambovicensis, ut eò alacriùs Cultum Beatissimæ Virginis MARIÆ et Devotionem Confraternitatis Sacratissimi Scapularis uti Promotor promoveat, seu Vicarium quem semper perpetuis temporibus habere debet, fideliter in obeundis omnibus laboribus adjuvet, et Sacerdotes seu Religiosos pro excipiendis Confessionibus venientes ad Ecclesiam Glambovicensem humaniter excipiat et suscipiat, attendatq́ diligenter ut omnia Munia Officia juxta Statuta et Consuetudines in Confraternitate Sacri Scapularis observari solita expleantur, et eis tàm in toto quàm in minima parte satisfaciat, certam Sortem in Villa Nidek videlicet totum et integrum Agrum Cmethonalem ad præsens desertum cum Casa seu Casis in eodem Agro existentibus et Subdito ibidem commorante nuncupato Sebastiano, qui Ager vulgariter Rola Wieczorkowska alias Staszkowska dictus, cujus Agri protensio inchoatur (: prout aliorum Agrorum in vicinio existentium:) à via quæ per viam Nidek currit et prope eandem viam Casæ memoratæ constructæ existentes, protenditur ejusdem Agri longitudo usq́ ad Granicies Villæ Glambowice Generosi Judicis Terrestris Zathoriensis Hæreditariæ, in latitudinem verò intra Metas seu Miedze Agrorum dictorum ex una parte Melchioris alias Malchra dicti Subditi Successorum Nobilis Gasparĩ Nidecki, ex altera parte Agri Wartalowska Subditi Nobilis Joannis Nidecki; qui præfatum Agrum Fundatori Moderno modo Donatorio Actis Castrensibus Capitan. Osviecimensibus Feria Quinta post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono inscripsit et resignavit. Quæ Inscriptio Donatoria in Terminis Zathorien. Feriâ Quintâ intra Quatuor Tempora post Festum Solenne Sacri Pentecosten Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo per Oblatam porrecta: Prout Fundatio de præmissis in Terminis Terrestribus per eundem Fundatorem Feriâ Quintâ intra Quatuor Tempora facta latiùs sonat. Qui Ager ante recognitam Fundatori Donationem per Nobiles Joannem et Franciscum Nideckie Patrem et Filium modo Obligatorio pro Summa Trecentorum Florenorũ polonicalium accepta Nobili Alexandro Nidecki coram Actis Castrensibus Capitan. Osviecimensibus Feria Tertia ante Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo est inscriptus. Sed post Decretum Terrestre Zathoriense levandæ Summæ Trecentorum Florenorum Nobili Alexandro Nidecki injunctum, et de Bonis condescendendi et ulteriorem ad punctum Bannitionis processum super eodem Alexandro Nidecki obtentum, tandem pecunias Trecentorum Florenorum polonicalium idem memoratus Nidecki à Fundatore levavit, et eidem Fundatori de sua Obligatione in Castro Osviecimensi Feriâ Secundâ post Dominicam Jubilate Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio, Cessit et condescendit sufficienter.

# Memoriale.

Monstrancya do Kosciola Glembowskiego Sprawiona in Anno 1648. wazy Marcas 11. Lotow 2. Od roboty Złot: 55.
Na pozłotę primo Złot: 24. facit Złotych 257.
Pozłota tyze Monstrancyi całey kosztuie z robotą Złotych 132.
Puzdro Zł: 5. Szkło Zł: 2.
Kielich in Anno 1659. Sprawiony wazy Marcas 4. Lot: 13. facit Złot: 124.
Ampułki y Miedniczka Srebrne wazą Marcas 7. Lot: 13. facit Złot: 63.
Mszału Sexterna Złot: 24. Oprawa Złot: 8. Rejestr Zł: 1. gro: 24. Okow Mszału wazy Mar: 3. Lot: 4. Złot: 52. od roboty Złot: 12. kocielek gr: 18.
Summa kosztuie Złot: 98. gr: 12.
Turybularz z Łodką, Łyzeczką wazy Mar: 4. lot: 15. Od roboty Zł: 20. Summa 99. gr: 7.
Kielich nie wszystek Złocisty Mar: 3. Lampa.

Dzwon ktory dano kosciołowi Glembowskiemu wazy Cetnarow 9. y Funtow 17. Gleywiszarzowi w Opawie od kazdego Cetnaru od roboty Złot: 12. Czeladzi Złot: 4. kowalowi od okowania Zł: 30. Za Pas Zł: 1. gr: 15. Ciesli Złoty 1. gr: 15. masła faszek 2. Zł: 16. Sera 30. Zł: 3. Mularzowi Masła k: 15. gr: 4. Strawił w Opawie Zł: 12. Fura od dwuch Dzwonow Złot: 40.
A Cetnar płacono kazdy po Zł: 69. dobrych pieniedzy.

---

1781 Roku podczas pogrzebu zmarłego S.P. W. Adama Pisarzowskiego Chorązego Wojewadztwa Krakowskiego, sprawione są Całun Sukna czarnego y nakrycie takiez do dwoch ławek kosztem W. Apolony z Wilkonskich Pisarzowski pozostały wdowy

1782 Roku po reparacyi kosciola Głąbowskiego sprawiono Sukno duze koloru czerwonego, na gradusy wielkiego ołtarza, y z nakryciem na ołtarz

1784 Roku w czasie Konsekracyi, kosciola na nowo wyreparowanego
Sprawiono Lichtarzy Cynowych duzych. 6. wazących funtt 22½ za ktore ℔ Lott 193 g 22½
Takze pomnieyszych .. .. .. .. 6 wazących funtt 66 .. za ktore .. 165 –
Dzbanuszkow Cynowych na kwiatki .. 6 .. .. za ktore zapłacono .. .. 10 –
Transportuige wyzey opisane sztuki na komorze Jego Cesarsk Mci zapłacono .. .. 20 g 10 –
wynosi Summa ℔ Lott .. 405 g 2½

Tablica Marmurowa z napisem czasu Konsekracyi, wmurowana w mur wchodząc do zakrystyi, przy tyze Konsekracyi JO Xiąze Jmu Biskup konsekruiący ofiarował dwa portatele marmurowe, na ołtarze poboczne,

1803 Roku, WJmP. Apolonia z Wilkonskich Pissarowska Sprawiła Kosztem swoim, i oddała do Kosciola, tuteyszego Patynę srebrną, całą obustronnie wyzłacaną, wsrodku wypukłą, z wieczkiem, służącą, do noszenia Kommunikantow, dla chorych, mieysce puszki [illegible], dawniey ku tey potrzebie uzywaney,

1804 Roku, Taz sprawiła i oddała do Kosciola Kielich srebrny wyzłacany na obiedwie strony, z patyną takze, Item Sukno zielone szyte do okrycia gradusow –



# Nonnullæ Defensæ circa injustas Parochi Glembovicen Prætensiones ad Bona Villæ ejusdem.

Paulus Gierałtowski Czopowe commutat ex Hortulanum cum Agro & Domo Plebano Glembovicensi

Inscriptio

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quinto.
Die verò Mercurij 3tia Mensis Octobris.

Coram Officio Illustris et Admodum Reverendi Domini Simonis Koludzki Cancellarij Gnesnensis, Custodis Plocensis, Cracoviensis Vladislaviensis Canonici, S. R. Majestatis Secretarij, et Sede Vacante Episcopatus Cracoviensis Administratoris, Actisq; præsentibus personaliter constitutus Generosus Paulus Gierałtowski in Glembowice Gierałtowice et Łazy Hæres principalis Sanus mente et Corpore existens. Recedendo à Foro Jurisdictioneq; sua propria et Se quo ad hunc Actum Jurisdictioni Officij præsentis incorporando, non compulsus nec coactus, neq; aliquo devio errore Seductus, Sed Sponte libere ac per expressum recognovit, et verbis disertis fassus est. Quod cùm Ecclesiæ Parochialis nuper è manibus Hæreticorum vindicatæ et liberatæ tàm tenues proventus esse adverterit, ut ex illis Parochi seu Rectores ejusdem vix Sustentari possint, et valeant, volens dotem augere ejusdem Ecclesiæ ultra proventus Ecclesiasticos antiquitus ad eandem Ecclesiam juxta Librum Beneficiorum, Retaxationū descriptum Spectantes, excepto tamen Czopowe à Tabernatore provenienti, ratione cujus in Commutationem unum Coretum Siliginis et alterum Avenæ Mensuræ Antensis à quopiam Hortulano post Decem Hortulanos Villæ Łazy, post tres verò minores Hortulanos per unum Coretum tantùm Avenæ itidem Mensuræ Lentensis à quolibet dictæ Ecclesiæ Glembovicensi et ejus Plebanis pro tempore existentibus assignat. Item Hortulanum videlicet Laboriosum Georgium Grabowski in Villa Glembowice cum Horto Domo ac Agro penes Agrum Laboriosi Martini Miczek Cmethonis ac omnibus alijs pertinentijs et attinentijs laboribus ac Censibus ac omni Iure prout Se Recognoscentem concernebat, dictæ Ecclesiæ in Glembowice et ejus Plebanis pro tempore existentibus Cedit, dat, donat et assignat præsentibus perpetuò et in ævum irrevocabiliter. Nihil sibi Juris, Dominij, proprietatis Possessionis, usufructûs, ejusdem Hortulaniæ ampliùs relinquendo, Sed id totum Ius suum dictæ Ecclesiæ ejusq; Plebanis pro tempore existentibus cedendo, dando donando perpetuis temporibus ad habendum, tenendum, possidendum et in usus quosvis suos commodiores convertendum, præsenti Inscriptione ad præmissa mediante. Et se subscripsit. Paulus Gierałtowski z Gierałtowic. præsentibus Cancellariæ Notarijs.

Anno quo supra. Die verò Mercurij Decima Septima Octobris Illustris et Admodum Reverendus Dominus Jacobus Ostrowski S. Th: Doctor Canonicus Cracoviensis Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius in absentia Illustris et Admodum Reverendi Simonis Koludzki Cancellarij Gnesnensis Custodis Plocensis, Cracoviensis, Vladislaviensis Canonici, S. R. Mtis Secretarij, et Sede Vacante Episcopatûs Cracoviensis Administratoris Iudex Surrogatus Auctionem Dotis Ecclesiæ Parochialis in Villa Glembowice Sitæ per Generosum Paulum Gierałtowski in Glembowice Gierałtowice et Łazy Hæredem Die Tertia Mensis præsentis coram Actis præsentibus factam in Contumaciam omnium et singulorum Literis Cridæ Citatorum et non comparentiū in omnibus et singulis illius punctis, clausulis, articulis, et Conditionibus universis, Authoritate Ordinaria approbandam, confirmandam, ratificandam duxit, prout approbavit, ratificavit, confirmavit, robur Authoritatis Ordinariæ et perpetuæ firmitatis pariter et Decretum desuper apposuit Literasq; Approbationis et Confirmationis in forma solita decrevit et extradi mandavit omnesq; tàm Iuris quàm facti defectus si qui quomodolibet intervenire poterint, Supplevit Venerabili Andreæ Cantio Plebano in Glembowice Confirmationem hujusmodi urgenti et obtinenti. Præsentibus Illustribus et Admodum Reverendis Dominis Jacobo Kołaczkowski Canonico Cracoviensi. Bartholomæo Janiszowic Præposito Xiąznicensi. Excellenti Stanislao Spinello et me Philippo Stastino S. R. Mtis Secretario et Actorum Curiæ seu Illustritatis Notario I. V. Doctoribus. Ex Actis Illustris et Admodum Reverendi Domini Simonis Koludzki Episcopatûs Cracoviensis Administratoris Suprascripti Extractt. et Sigillo Reverendi Domini Alberti Lipnicki DEI et Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopi Laodicensis, Suffraganei, Canonici, Vicarij in Spiritualibus et Officialis Generalis Cracoviensis communitum.

Stanislaus Czaplicz I. V. Doctor
Commun. Cracovien. Actuarius.

# Defensa.

Tey Kommutacyi za Czopowe Zboz włozonych na Dziesięc Zagrodnikow w Łazach nigdy X. Pleban nie brał y nie był in Possessione: gdyz tez to iest z wielkim Poddanych Skrzywdzeniem ze na nie włozono ten cięzar ktorego nie powinni byli dawac. A tego Czopowego było iako w Extradit ex Libris Retaxatt tylko szesc groszy. Iezeli Xiądz porwie, brac sie na Ewiktora ktory iest Sufficiens, ale przecię pytac sie o Ius petendi y rationibus convellere.

Zagrodnika zas y Roli coram Actis privatis de Iure nie mogł zapisowac, bo Resignationes Bonorum coram Actis Authenticis Regni bywac powinny. W ktory prywatny Zapis żadney Intromissyi nie masz. Tenże tez Recognoscens gdy Generalia Bona sua Głąmbowice obligował y rezygnował, żadney Excepcyi nie uczynił ale Generalną Ewikcyą zeznał. Gdyż też to była personalis tylko Inscriptio, tum Persona extincta et Successores onerare nie mogła, ktora ani Dobr ani Sukcessorow ma onerowac. Niewadzi y to miec in Consideratione, iż pomieniony tego Zapisu Recognoscens w Konsystorzu te Dobra miał alienowac, bo ie obligował, a tam też żadnego ligamentu ani Forum na siebie zaciągnął y Intromissyi nie dał. Trzeba y to konsyderowac, iż ten Zapis w Konsystorzu zeznany stał się in Contraventionem Constitutionis Anni 1635. de alienatione Bonorum Terrestrium, ale ante omnia na Ewiktora brac się.

## Oblata karty, ktorą X. Plebąn niesłusznie praetendit na Stawek, do ktorego że Prawa żadnego nie miał odebrałem iako swoy.

Ad Officium Actaque praesentia Castrensia Capitan. Oswiecimensia personaliter veniens Admodum Reverendus Pater Andreas Cantius Plebanus Głąmbovicensis eidem Officio praesenti obtulit ad acticandum in Acta Castr. Capitan. Osviecimen. Literas infrascriptas à Magnifico Christophoro Komorowski Loci praesentis Capitaneo ratione infrascriptorum datas et servientes Manu ejusdem Magnifici Capitanei Osviecimensis propria subscriptas et scriptas, Sigilloque ejus communitas. Petens easdem Literas à se suscipi Actisque suis praesentibus connotari. Quas Literas Officium praesens cernens in nullo viciatas esse suscepit Actisque suis praesentibus connotari fecit et demandavit. Earundem verò Literarum Series Verborum sequitur estque talis.

W Gierałtowicach w Dzien Swiętego Michała Roku 1644.

Za pokazaniem Prawa na Stawek w Głąmbowicach Księży albo Zawada więc y z Inkwizycyi Poddanych pozwalam X. Plebanowi Głąmbowskiemu pomieniony Stawek, aby po wytrzymaniu JMści Pana Byliny tenże Stawek iako swoy własny obiął, y onego zażywał. Na co dla większey pewnosci Jemu na tę kartę pieczęc swą przykładam y Ręką moią podpisuię. Krzysztof z Komorowa Oswiecimski Starosta. mp.

Quarum quidem Literarum Originale per suprascriptum Offerentem ab Officio praesenti Castrensi Capitaneali Osviecimensi receptum est.

Actum in Castro Osviecimensi Feria Sexta ante Festum Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto.

## Avulsio contra eandem Inscriptionem.

Ta karteka subsistere nie może y X. Plebąn niesłusznie Stawku tego praetendere z tych racyi (: po zeznaniu Donacyi mnie idest Generoso Iudici Terrestri dopiero w pułroku per Oblatam podana.)

Nayprzod natenczas iuż JMć Pąn Starosta wolney Dyspozycyi w Głąmbowicach miec nie mogł, bo ie był zaprzedał in vim Reemptionis Jego Mści Panu Andrzeiowi Poniatowskiemu Sekretarzowi K. J. Mci, y w Inwentarzu gdy zas te Dobra per modum Arendae trzymał, ten Stawek Zawada wspomina, Stanął ten Zapis Venditionis Feria 3tia post Dominicam Iubilate Anno Dni 1644. in Castro Cracoviensi, iakoż tedy w cudzey Maiętnosci miał co zapisowac.

Druga: potrzeba aby X. Plebąn Prawo ukazał y Inkwizycyą Poddanych wywiesc, aby temu kiedy należec miał, czego niczym nie pokaże.

Trzecia: pozwolił JMć P. Starosta tego Stawku zażywac iako swoy X. Plebanowi ale nie perpetuè tylko ad beneplacitum podobno, ale nie darował y alienował, albo poki on Dziedzicem był albo Dzierżawcą, pozwolic mogł.

Czwarta: Iż takiemi kartami Bona Terrestria alienari non possunt. A moia Donacya sine omni exceptione pierwsza, niż się tey karteczki Oblata urodziła y Intromissyi nie wziął. Nie może tedy ta pretensya subsistere. A Stawek wziąc trzeba, bo by wielką sobie difficultatem Haeres uczynił, gdyby in meditullium Fundi Somsiada wpuscic miał, musiałby pati servitutes aby mu do tego Stawku wolny był przeiazd y odiazd. po grobli nie puscił by X. Pana ani Poddanych, bez ktorey obeysc się nie może. Słowem gdyby do spuszczenia ustąpic niechciał, musiałby P. nie łowic inszych nad tym Stawkiem Stawow y pod nim gdyby wody puszczał.

Z Potokow tym Stawkiem na Młynski Staw naganiaią wodę, ktory gdyby inszego Pana, quod absit, miał, szkoda by się działa. tum et aliae rationes sunt innumerae.

A nagstatek conditionaliter ten Stawek pozwolony po wytrzymaniu Pana Byliny a legitimi Actus Conditionem non recipiunt neque diem. Do tego nie był X. in Possessione tegoż Stawku, bo on ia tegoż Roku kupiwszy rybił ten Stawek.

In Summa nie wdawaiąc się w żadne kwestye na Ewiktora wziąc się, ktory sufficientissimus iest zapłaci to dobrze, inquantum by X. wygrał y od niego bronic musi. W Ewikcyi są te Dobra Sucha cum adjacentijs, Gierałtowice onerata.

Memoriale.



# Memoryale potrzebne względem Głąmbowskiego Zamkowego Folwarku.

Acz kosciołowi Głąmbowskiemu na Chwałę Boską pro tenuitate Substantiae meae chciałem prodesse, ale iż ludzka na dobre mienie chciwosc niepochamowana ktora y od Duchownych iako y inszych nie oddalona Osob, ale iako napisano, quo plus potantur plus sitiuntur aquae. Iezliby kiedy ktorego Successu temporis X. Plebana w Głąmbowicach ta napadła avaritia, y chciwosc żeby sobie Dziesięcinę po Folwarku Zamkowym Głąmbowskim Iure communi należącą chciał praetendere y Possessorem Bonorum niesłusznie inquietare et turbare, takowey obrony zażyc y deducere że na Sołtystwie ten Folwark stanął na Rolach Kmiecych, z ktorych idzie Dziesięcina pieniężna iuxta Transactionem à Loci Ordinario Approbatam Anno 1676. ut super do tego tych zażyc obron.

Nayprzod bronic się Listem Authentycznym Pargaminowym Niemieckim językiem pisanym de Data w Oswiecimiu w Niedzielę pierwszą po Swięcie Swiętey Maryi Magdaleny Roku Panskiego 1421. ktorym Listem Xiąże Kazimierz Oswiecimski z Anną Małżonką Wies swoią Dziedziczną Heymendorff (: to iest Głąmbowice:) Klarą Małżonką z kosciołem Szkołami y Sołtystwem zastawuie w Summie 350. Grzywien Praskich a iezliby na swiątki nie wykupili w Dziedzictwo wpadac ma &c. Gdzie tedy było Sołtystwo, nierychło te Role na Folwark obrocono.

Secundo: iest List Pargaminowy po Czesku pisany Authentyczny de Data w Oswiecimiu we Srodę przed Swiętym Bartłomieiem w Rok Panski 1464. że Ziemianin Mikołaysz z Głąmbowic przedał połowicę Wsi Głąmbowic z tym Prawem co na Sołtystwie miał Mikołaiowi Myszkowskiemu z Przeciszowa za 170. Grzywien groszy szerokich.

Tertio także iest List Pargaminowy Authentyczny z Pieczęciami de Data w Oswiecimiu w Piątek w Dzien Swiętego Bartłomieia Rok Panski 1498. Jerzyk Staszkoski Piotrowi Staszkoskiemu z Gierałtowic przedaie Wies Głąmbowice &c. z podawaniem kosciola za 500. Czerwonych Złotych, Folwarku nie wspomina bo go nie było, ale na kmiecych albo Sołtysich gruntach stanął, z ktorych X. Pleban juxta Resonantiam Libri Retaxationum zupełne zacząć odbiera, bo Pąn Owsow swoich Poddanym iego ustąpił Jemu należących, aby X. Plebanowi oddawali zupełnie Meszne należące.

Nota Circa Mensuram Osviecimensem, qua Messalia reddebantur.

To trzeba wiedziec że Mensura Osviecimensis na on czas gdy Liber Retaxationum in Anno 1520. spisany stanął, nie takowa była, iaki teraz korzec iest w Oswiecimiu, ktorych dwa w Cwiertnię krakowską tylko wchodzi, iako o tym ustawa Urodzonego Stefana Ianuszowskiego Podwoiewodzego Xięstwa Zatorskiego do Akt Grodzkich Oswiecimskich in Anno 1640. podana opiewa. Ale nierownie mnieyszy korzec krakowski ktorego szerokosc ma bydź na łokiec bez puł Cwierci, taki był iaki teraz iest we Pszczynie albo Bielsku Anno 1563. bo też to ante Incorporationem było. Po Inkorporacyi tych Xięstw do Woiewodztwa krakowskiego za Woiewody Myszkowskiego 1565. iest Ustawa do Xiąg Grodzkich Oswiecimskich podana aby tylko krakowskim korcem mierzono. Insi subsequentes Podwoiewodzowie secundum libitum stanowili, iż teraz novissimè tak wielki wiertel stanął. Scriptum Die 20. Maij Anno 1647.

Nie mała kontrowersya prawna intercessit in Anno 1648 et Nono między Xiędzem Andrzeiem Cancyuszem Plebanem Głąmbowskim a Poddanymi o Meszne, ktory wielkim korcem nie starym odbierac chciał, y magno motu et sumptu ta Sprawa agitowana w Konsystorzu y w Warszawie u Nuncyusza, Kommissya expedyowana, tandem po smierci Jego X. Grzegorz Piechowicz po wywiedzeniu Swiadkow z nakazania Sądu Duchownego starym korcem brac submittował bez Dekretu skonczenia. Są te Munimenta między Sprawami bardzo potrzebne, chowac ie potrzeba. Zaszły od Poddanych Głąmbowskich Protestacye 1ma in Terminis Terrestribus Zathorien. Feria 5ta post Dominicam Invocavit Anno 1648. 2da in Castro Osviecimensi Sabbatho post Festum S. Martini Anno 1648. 3tia Obductio in Castro Osviecim. Feria 3tia in Crastino Conversionis S. Pauli A. 1649. 4ta Manifestatio in Castro Osviecim. Feria 2da post Conductus Pascha An. 1649. 5ta Protestatio Sabbatho post Festum Nativitatis Beatissimae V. Mariae An. 1649. 6ta Manifestatio Feria 6ta post Festum Sancti Francisci Anno Dni 1649.

## Copia Decreti Rndissimi Officialis Cracoviensis in Causa Incolarum Głąmbovicens. cum Rndo Andrea Cantio Parocho Głąmbovicensi ratione Messalium in Anno Domini 1648.

Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo Die verò Mercurij Decima Quinta Januarij.

Coram Reverendissimo Domino Alberto de Lipnik Lipnicki DEI et Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopo Laodicensi, Suffraganeo Canonico, Vicario in Spiritualibus et Officiali Generali Cracoviensi et in ejus publica audientia personaliter comparens Excellens Albertus Wostrowski Philosophiæ Doctor Reverendi Andreæ Cantij Plebani in Glambowice Principalis Actoris Procurator. In Termino hodierno ex Citatione ut apparebat executa provenienti contra reos infrascriptos verbo proposuit occasione non extraditionis Messalium ex Agris et Araturis ipsorum juxta Mensuram confertam Oswiecimensem provenientium pro Festo Sancti Martini Annuatim in grano pendi solitorum, petens ipsos ad extraditionem hujusmodi Messalium per Dominum Censuris Ecclesiasticis cogi et compelli, ac indamnis et litis expensis condemnari. In præsentia Illustris Ioannis Kropicki Laboriosorum Cmethonum et Incolarum Villæ Glambowice ad Acta Oswiecimensia Advocatialia Anno præsenti Sabbatho post Festum Circumcisionis proximo constituti Procurator suos Principalis paratos esse ad extradenda Controversa Messalia juxta Antiquam Mensuram Oswiecimensem non modernâ noviter excogitatâ dicentis ac eos liberos pronuntiare petentis. Et Reverendissimus Dominus Suffraganeus et Officialis Generalis Supranominatus auditis Partium propositionibus et responsis, Visa Taxatione Beneficiorum Diœcesis Cracoviensis ex Archivo Venerabilis Capituli Cracoviensis extracta et coram se Iudicioque suo per Actorem producta decrevit: Ut Citati Messalia controversa juxta Antiquam Mensuram Oswiecimensem conferta secundum quam idem Actor eadem à tempore suæ Institutionis percipiebat, eidem Actori extradant. Decreto præsenti ad præmissa mediante.

A quo Decreto ibidem incontinenti Procurator Citatorum Verbo ad Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Nuncium Apostolicum in Regno Poloniæ commorantem Appellavit et concedere petijt, et Reverendissimus Appellationem refutavit hujusmodi Appellatoresque refutatorios dedit. Dicto Procuratore iterum à refutatorijs appellari. Et Dominus stetit in Decretis. Præsentibus Illustribus et Admodum Reverendis Nicolao Oborski Cathedralis. Stanislao Craplicz Sancti Michaelis et Omnium Sanctorum. Andreâ Kasekoski Sancti Gregorij. Adamo Roszczewic Sancti Michaelis Ecclesiarum Collegiataru[m] Canonicis I.V. Doctoribus et alijs quam plurimis fide Dignis Testibus.

Ex Prothocollo Actorum Reverendissimi Domini Alberti Lipnicki de Lipnik Suffraganei et Officialis Supranominati extractum et Sigillo Eius communitum.

M. Andreas Grabianoski
Philosophiæ Doctor Apostolicus et Actoru[m]
Commun[ium] Cracovien[sium] Notarius.

## Osep, ktory Parafianie Glambowscy X. Plebanowi Kosciola Glambowskiego oddawac powinni po polowie Żyta y Owsa.

| | Korce |
|---|---|
| Maciey Miczek za Zamkiem | 5. |
| Szczepan Makuch | 7. |
| Maciey Miczek | 10. |
| Woyciech Grzegorczyk | 7. |
| Stanisław Kruk | 4. |
| Wawrzyniec Knapek | 10. |
| Marcin Drabek | 2. |
| Jan Ochman | 3. |
| Woyciech Kronka | 8. |
| Maciey Olearz | 10. |
| Jozef Grochal | 5. |
| Jan Belgosz | 10. |
| Jan Kuwik | 12. |
| Forys | 10. |
| Michalec | 14. |
| Andrzey Kuwik | 4. |
| Woyciech Plewa | 10. |
| Woyciech Franclik | 16. |
| Szymon Woytow | 10. |
| Maciey Woyt | 12. |
| Michał Piwowar | 12. |
| Karczmarz | 14. |

Suma Korcy 195

## Complanatio cum Approbatione Illustrissimi Loci Ordinarij cum Reverendissimo Scholastico Cracoviensi ratione Decimæ pecunialis de Villa Glambowice

Anno Domini 1676. Cracoviæ Die Veneris Vigesima Quarta Ianuarij. Stanęła Approbacya przez Xiążęcia Imci Biskupa Krakowskiego Decyzyi per Commissarios et Super Arbitrum o Dziesięcinę pienięzną do Scholasteryi Krakowskiey należącą miedzy Imcią Xiędzem Mikołaiem Oborskim Biskupem Lagdyckim Suffraganemy Scholastykiem Krakowskim a Obywatelami Xięstw Zatorskiego y Oswiecimskiego Wsi niżey pomienionych, iako tę Dziesięcinę na każde Swięto S. Marcina Hæredes et Possessores Bonorum płacić maią: videlicet ex Villa Bestwina, pro grossis Triginta Sex latis, Florenos Sexdecem et grossos Viginti quatuor Monetæ in Regno currentis, quemlibet grossum latum ad grossos Quatuordecem Monetæ currentis nunc et pro tempore in Regno polonicales reducen[do]. Ex Villa Czaniec pro grossis Octodecem latis, Florenos Octo et grossos duodecem. Ex Villa Pisarzowice pro grossis Triginta latis Florenos Quatuordecem. Ex Villa Witkowice pro grossis Sex latis Florenos duos et grossos Viginti Quatuor. Ex Villa Stara wies pro Sexagena lata Florenos Viginti Octo. Ex Villa Poremba Magna pro grossis Viginti Septem latis Florenos Duodecem et grossos Octodecem. Ex Villa Bulowice pro grossis Viginti Quatuor latis Florenos Decem grossos Viginti Quatuor. Ex Villa Dankowice pro grossis Sex latis Florenos duos grossos Viginti Quatuor. Ex Villa Witanowice pro grossis Duodecem latis Florenos Quinque grossos Octodecem. Ex Villa Glambowice pro Marca una et grossis Duodecem polonicalibus Florenos Octo polonicales. Ex Villa Grabeszyce pro Marca una et duodecem grossis polonicalibus Florenos Octo polonicales. Ex Villa Przybradz pro Sexagena lata Florenos Viginti Octo. Ex Villa Klecza pro Marca lata Florenos Viginti duos. Ex Villa Hałcnow pro media Marca lata Florenos Undecem. Ex Villa Frydrychowice pro grossis Viginti Quatuor latis Florenos Undecem Annuatim pro quolibet Festo Sancti Martini solvant etc. etc.

Hæc Approbatio Decreti Commissorialis Illustrissimi et Reverendissimi in Christo Patris Andreæ Trzebicki Episcopi Cracoviensis Ducis Severiæ Subscripta et Sigillo communita, per Oblatam ad Officium Castrense Oswiecimense porrecta Feria 3tia post Festum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto.

## Copia Decreti Tribunalitij Lublinen[sis] à Scholastico Cracovien[si] ratione Decimæ pro Scholasteria Cracoviensi Libertatis.

Actum Lublini in Iudicijs Ordinarijs Generalibus Tribunalis Regni Feria Quarta in Crastino Festi Nativitatis Sancti Ioannis Baptistæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Primo.

